**Pro intelligentia** eoꝝ que dicta sunt de cōpositione: ⁊ de simplicitate. est aduertēdū: ꝙ loquendo de ꝯpōne cū his: oē ens citra deū ē ꝯpositū ex re ⁊ re ꝯpōne cū his: q̄ ꝯpositio accipit̃ ꝓ ꝯponibilitate. Unū quū dico: ꝙ oē ens ē ꝯpositū ex re ⁊ re. ꝯpōne cū his: itelligo ꝙ ipm qd ē aliq̄ res ē cū alia re ꝯponibile. ¶ Sꝫ isurgit difficultas: vtrū quelibet nā ꝯponibilis sit cū accītē: ⁊ vtrū ps affirmatiua isti⁹ difficultatis possit phīce ꝓbari. ¶ Ad qd rñdet̃: ꝙ sic. Pro cui⁹ ꝓbatiōe pma rō ē talis. Si. n. aliq̄ suba eēt nō receptiua accītis: maxīe eēt suba ꝑfectissima citra deū: sꝫ ꝯn̄s ē falsuꝫ igr̃ ⁊ añcedēs: ꝯn̄a ē euidēs: ⁊ falsitas ꝯn̄tis ꝓbat̃. Qꝛ si sic: talis suba eēt formalr̃ beata seipsa: qd probat̃. Naꝫ vnaqueqꝫ itelligētia sꝫ Arist. formalr̃ ē beata sua itellectiōe q̄ itelligit obiectū ꝑfectissimū itelligibile. Ergo si itellectio sua sit suba sua seipsa beatificabit̃: ⁊ nō aliquo extra ipam. ¶ Scdo ar̃. q̄libet itelligētia pōt itelligere infinita: qꝛ itellcs est toti⁹ entis: ⁊ sm totū ambitū entis: sꝫ itelligibilia pnt eē ifinita. ḡ sua itellectio (si sit suba sua) erit vnica itellectio respcū ifinitoꝝ itelligibiliū: Sꝫ itellectio ifinitoꝝ itelligibiliū q̄ est vnica: ē ifinita: qd ꝓbat̃: qꝛ due itellectiōes respcū duoꝝ intelligibiliū distīncte ⁊ ꝑfecte: sunt due ꝑfectiōes. ḡ si vnica itellectio est istoꝝ duoꝝ intelligibiliū eque ꝑfecte ⁊ distīcte: ac si due distīncte eēnt de illis duob⁹ itelligibilibus: illa vnica itellectio cōtinet duas ꝑfectiōes. ḡ vna vnica q̄ ꝯtinet tres itellectiōes: adhuc cōtinet tres ꝑfectiōes. ḡ vna que cōtinet ifinitas itellectiones: cōtinet vnitiue ifinitas ꝑfectiōes. ꝯn̄a ista vltima ꝓbat̃. Ubi plalitas arguit maiorē ꝑfectionē ꝗ̄ paucitas: ibi ifinitas arguit ifinitatē. Sꝫ sic est in ꝓposito. ḡ ⁊c̃. ¶ Tertio argr̃: qꝛ data ista positione: seq̄tur: ꝙ itellectio itelligētie nō depēdet ab aliquo obo: nisi a quo depēdet suū eē: ⁊ ita nihil iferius se: nec ēt se posset itelligere in genere ꝓpo: sꝫ tm̄ i obo supiori motiue: imo nihil posset alia itelligētia itelligere: nisi in deo. ¶ Sꝫ vlteri⁹ isurgit alia difficultas. Utrū loquēdo de ꝯposito ꝯpōne ex his sit verū: ꝙ q̄libꝫ creatura dicat̃ esse cōposita ex re ⁊ re. ¶ Ad quā difficultatē. rñdet̃. aliter est loquēdū sm. s. Thomā: aliter sm viam Scoti: sm opiōnē Tho. Ōis creatura est ꝯposita compōne ex re ⁊ re: tanꝗ̄ ex positiuo ⁊ positiuo. ¶ Pro qua opiōne argr̃. Oē qd est: aut est purus act⁹ aut pura pō. Aut ꝯpositū ex actu ⁊ pō. Creatura nō est purus act⁹: qꝛ eēt deus: nec pura pō: qꝛ tūc nihil eēt. ḡ relinquit̃: ꝙ est ex actu ⁊ pō. ¶ Sꝫ ꝯtra istā opiōnē instat̃: qꝛ si qdlibet ens est ꝯpositū ex actu ⁊ pō: tanꝗ̄ ex re ⁊ re: accipio ꝯponentia que sint. A. ⁊. B. ⁊ quero. Utrū. A. ⁊. B. sint cōposita: ex re ⁊ re: vel nō. Si dicas ꝙ nō: habet̃ intētū. Si dicas ꝙ sic: ꝓceditur vt prius: ⁊ tunc aut erit ꝓcessus in ifinitū: aut opꝫ deuenire ad ꝯponentia que sunt simplicia simplicitate opposita ꝯpōni ex re ⁊ re. ¶ Dicit̃ ḡ sꝫ Doc. subti. ꝙ ōis creatura est cōposita ex actu ⁊ pō sic ex habitu ⁊ ꝓuatione: qꝛ q̄libꝫ creatura hꝫ entitatē cuꝫ ꝓuatione alicui⁹ gradus entitatis. Nulla eni creatura hꝫ entitatē sm totā ꝑfectionē que nata est esse entitatis in se: ⁊ iō caret aliq̄ ꝑfectione que nata est cōpetere entitati in se. Et iō ꝓuat̃: sic talpa dr̃ esse ceca: qꝛ nata est hr̃e visuꝫ sm rōnē aīalis. nō sm rōnē talpe: sm phm. 5. meta. c̃. de ꝓuatione. cōponit̃ eni creatura non ex re ⁊ re positiuis sed ex re positiua ⁊ ꝓuatiōe. i. ex entitate aliq̄ quā hꝫ ⁊ ex carentia alicui⁹ gradus ꝑfectionis entitatis c⁹ ipsa nō est capax: tū

Sco. li⁹ di. 8. q. 2.

5. meta. c. d ꝓuatōe tex. cō. 22.



ipm ens in se est capax: sic talpa sm se nō ē nata videre: sꝫ sꝫ ꝙ aial: nec tm̄ ista ꝯpō ex ꝓuatiuo ⁊ positiuo est in eēntia rei: qꝛ ꝓuatio nō est de esse alicui⁹ entis positiui.

**Pro intelligentia** diuisiōis qua ens diuiditur in ens nec̃iū ⁊ in ens ꝯtingens: est aduertēdū: ꝙ nec̃iuꝫ incōplexū sm esse simpliciter: Qddā est nec̃ium ex se: ⁊ a se: ⁊ hoc tam sm viam phoꝝ: ꝗ̄ etiā theo. Qddaꝫ est nec̃ium ex se: ⁊ ab alio ex se formalr̃: ab alio effectiue. Nec̃iuꝫ pmō sm Theologos ē pater diuin⁹: qui hꝫ nām in se simplr̃ nec̃iaꝫ: ⁊ nō hꝫ ipaꝫ ab aliquo ꝓducēte seu ꝓncipiatiue: sꝫ ipe est ꝓncipiū oīuꝫ ꝓducibiliū tā in diuina nā: ꝗ̄ in creaturis. Dicēte Aug. 4. de trinitate. ca⁹. 20. pater est pn̄m totius deitatis. Nec̃ium ab alio ⁊ ex se formalr̃ sm Theologos est fili⁹ diuinus: ⁊ ēt spūs scūs qui hñt nām simplr̃ nec̃iam ⁊ idefectibilē: illā eni hꝫ a patre ꝓducēte. Silr̃ sm phm datur nec̃ium a se: ⁊ ex se: qd est de⁹: ⁊ pma itelligētia. Silr̃ nec̃iuꝫ ex se: ⁊ ab alio est itelligētia scda: ⁊ q̄libꝫ alia intelligētia. Intelligentia eni scda hꝫ entitatē intrinsecā simplr̃ nec̃iam: Sꝫ qꝛ hꝫ illā effectiue ⁊ ꝓductiue a pma: iō ista intelligentia non est nec̃ia a se: lꝫ ex se sit nec̃ia: Neqꝫ ista duo ꝯdicunt ex se formalr̃ ⁊ ab alio effectiue: qm̄ iportant ista duas distinctas habitudines ⁊ ad diuersa in diuersis gn̄ibus causarū. ¶ Sꝫ h̄ insurgunt due difficultates. Prima est. si itelligētia scda hꝫ eē effectiue a deo. 2ª est. si itelligētia 2ª est nec̃ia tanta necessitate ꝗ̄ta est fili⁹ dei. ad pmā negat̃ sic. si itelligentia 2ª hꝫ esse effectiue a deo: videt̃ qd ꝓducat̃ de nō esse ad esse: vt ly. de. saltē iportat ordinē nāe: sꝫ qdlibꝫ tale est possibile esse vt distinguit̃ ꝯ nec̃iuꝫ. ḡ itelligentia scda erit ens possibile nō nec̃iuꝫ: maior est nota: qꝛ qd ꝓducit̃ de nō esse ad esse: reducit̃ de pō ad actuꝫ: ⁊ qdlꝫ tale est possibile eē. ¶ Scdo argr̃: qꝛ Ar. 12. meta. ⁊ Cōmēt. ibidē cōmē. 30. 41. ⁊. 44. vult: qd nullo mō pō sit in sempiternis ⁊ nec̃ijs. ḡ si sempiternū ⁊ nec̃ium ꝓduceretur ad esse: pō ad esse de necessitate esset in ipsis: ⁊ tunc sequeret̃ illud ad qd deducit Cōmē. in p̊ celi. cōmē. 121. ⁊ ꝯmē. 124. ꝙ si sempiternū hēret potentiā ad esse ꝑcedentē actū: que pō reduceret̃ ad actū in sempiterno eēnt due potētie ꝯrie. quarū vna esset ad semꝑ esse: ⁊ altera ad non esse. ¶ Et ꝯfirmat̃: qꝛ nec̃ium est illud qd nō pōt non eē: sꝫ si ꝓduceret̃ ad esse: circūscripto ꝓducente: posset non esse. ḡ nō esset nec̃iuꝫ. ¶ Ad hāc difficultatē rñdet̃: ꝙ potentiā ꝑcedere actū: aut nō esse: ipm esse: pōt itelligi duobus modis: vno mō ordine tpis: Alio mō ordine nāe. Si loquamur de ordie tpis: pō ⁊ nō esse: nō pōt ꝯpetere sempiternis ⁊ nec̃ijs sm viā Ar. Si loquamur de ordine nature: hoc adhuc ꝯtingit duob⁹ modis. Uno mō put ordo nature accipit̃ positiue: alio mō tm̄ ꝓuatiue. Ordo nature accipit̃ positiue iter aliq̄ quoꝝ vnū actu ⁊ positiue ꝑcedit reliquū sic in hoīe sensitiuū ꝑcedit intellectiuū. Alio⁹ ordo nature accipit̃ ꝓuatiue: ⁊ isto mō accipit̃ qn̄ est iter aliq̄: quoꝝ vnū natura nō ꝑcedit reliquū actu ⁊ positiue respcū tertij: sꝫ tm̄ aptū natū est in esse: nisi oppositū iducat̃ per aliqd agēs extrin̄m. Exm̄ hui⁹ est: si sit aliqd perspicuū: qd posita eternitate mundi nunꝗ̄ fuerit sub vmbra alicui⁹ corporis opaci: sꝫ sit perpetuo illuminatū a sole: si ꝯparet̃ tale corpus perspicuū ad lumē in se receptū: ⁊ ad vmbrā: seu ꝓuationē luminis: dicim⁹ ꝙ ꝓuatio illa respectu talis corporis ordine nāe ꝑcedit illuminationē nō quidem ꝗ̄tū ad inesse qd vnꝗ̄ infuerit: sꝫ soluꝫ ꝗ̄tū ad aptitudinē: qꝛ talis ꝓuatio nata est inesse ꝓus nā ꝗ̄tuꝫ est ex nā istius corporis perspicui: nisi per agens extrin̄m illuminatio in ipso careretur. Cōsile exm̄ est de mā comparata ad formā ⁊ ad ꝓuationē forme: que mā nunꝗ̄ ē sub ꝓuatiōe: sꝫ derelicta sue ꝓprie nāe ꝓus nata est esse sub ꝓuatiōe: ꝗ̄

Aug. 4° d tri. c. 20

Cōm. cō. 30. 41. ⁊ 44.

Cōmēta. i p⁹ celi cōmēto. 121. ⁊. 124.

Require Sco. i 2° di. 1. q. 2. ⁊ i qu. q. 7. circa finē

sub forma: ꝛ hoc loquēdo de forma in cōi: ꝛ de ꝑuatione
sibi corrñdente. Applicādo ad ꝓpositū: loquēdo de ordi/
ne nāe positiue pō ꝛ nō eē nō ꝑcedit actuz in sempiternis
ꝛ necijs: sꝫ solū ordine nāe ꝑuatiue. Et ħ est qð hꝫ Cōmē.
Cōm. 12° meta. cōmēto. 41. 12. meta. cōmē. 41. ꝙ si pō est in stellis ꝛ sempiternis: nō ē
mō potētiali: volēs ꝙ pō in ipsis ad totū motū nō ꝑcedit
actū positiue: sꝫ tm̄ ꝑuatiue: qꝛ talis mot⁹ est ab agēte ex/
triseco: mō sic ꝓduci de nō eē ad esse: ꝛ de pō ad actū isto
mō non repugnat neccio ex se licꝫ bñ repugnet neccio a se.
Ex quo appet ꝙ possibile qð distinguiť ꝯ necciuꝫ est possi
bile dictū a pō ꝑcedēte actū vel ordine tpis: vel nāe posi/
tiue: sꝫ possibile dictū a pō ꝑcedēte actum tm̄ nā ꝑuatiue
nō distinguiť ꝯ neccium: sꝫ distinguiť ꝯ ipoſe. ¶ Per hoc
rñdeť ad illud qð dr̄: ꝙ illud qð ꝓducit ad esse hēbit po/
tentiā ad eē ꝛ ad nō eē: verū est: capiēdo eē ꝛ nō esse eo or
dine quo dictū est: ꝛ quū inferť: ꝙ in eodē erūt due potē/
tie ꝯrie: q̄rū vna eēt ad semꝑ eē: altera ad nō eē: circūscri/
pto efficiēte. Rñdetur ꝙ intelligētia 2ª ꝓducta ab intel/
ligētia ꝑma hꝫ nām necciā: per quā itrisece ꝛ formalr̄ pōt
semꝑ eē: ꝛ per ipsā nām q̄tū est ex se: nō pōt nō eē. Sꝫ tm̄
qꝛ talis nā est ab efficiente: ipso circūscripto per ipoſe: po
terit nō eē: sꝫ ista pō per quā pōt nō eē: est extrisece: ꝛ nō ē
ex pte nāe. Mō ꝙ aliqð vnū possit sꝑ eē pō intriseca: ꝛ nō
eē pō extriseca ꝛ accñtalr̄: hoc nō est incōueniēs: neqꝫ iste
po⁵ sunt ꝯrie, qꝛ nō sunt respcū eiusdē: ꝛ fm̄ idē. Et per ħ
vult Cōmē. ꝙ nā simplr̄ possibilis nō pōt cōuerti in ne/
cessariā: Aut fieri neccia: qꝛ possibile hꝫ ex se vñ possit non
esse: ꝛ necciuꝫ hꝫ ex se vñ nō possit nō eē. ḡ si aliqð possibi/
le fieret neccium: in ipso eēnt due po⁵ ꝯrie: ex quo habeť fꝫ
ipm: ꝙ quū mot⁹ sit de se possibilis: nō pōt esse nā neccia.
¶ Ad vltimū cū dr̄. necciuꝫ est illud qð nō pōt nō eē. Ista ꝓ/
positio hꝫ veritatē de neccio ex se a se: sꝫ nō de neccio ex se
ꝛ ab alio. ¶ Uel pōt dici ꝙ neccium q̄tū est ex nā intrise/
ca ꝛ ex se: nō pōt nō esse: circūscripto quolibꝫ alio: cui⁹ cir/
Sco. i p° sent. di. 2. q. 6. cūscriptio nō iplicat ꝯdictionē: ponēdo illð eē: vt hꝫ sco.
in p° snia ꝓ. di. 2. q. 6. Rñdēdo ad ꝑmū argm̄ ꝑncipale. Nā
ponēdo intelligētiā scðaꝫ eē: circūscripta ꝑma: ista circū/
scriptio est per ipoſe. ꝛ iplicat ꝯdictionē: qꝛ effect⁹ ēt sim/
plr̄ neccius nō pōt eē: circūscripto eo: a quo eēntialr̄ depē/
det: sꝫ bñ pōt nō esse per circūscriptionē icōpossibilē. In/
telligētia 2ª sic depēdet a p°. ḡ ꝛc̄. ¶ Ad 2ᵃᵐ difficultatē
dico ꝙ (fm̄ viā pħoꝝ ponentiū intelligētiā scðaꝫ eē ne/
cessariā: data ista pōne) intelligētia scða nō est neccia tāta
neccitate: q̄ta est fili⁹ diuin⁹ fm̄ viā theo. Intelligētia enī
scða si est neccia est sic neccia in nā distincta a ꝑma. fili⁹ aūt
diuin⁹ hꝫ eandē nām: ꝛ ex ꝯñti eandē neccitatē cū patre: ꝛ
ita fili⁹ diuin⁹ nō pōt nō esse: circūscripto quocūqꝫ alio fꝫ
entitatē ꝛ nām. Uñ licꝫ possit nō eē circūscripto patre ꝓ/
ducente: pater tm̄ diuin⁹ nō est alius fm̄ entitatē seu nāꝫ.
Sꝫ nō est sic de itelligētia scða: qꝛ poterit nō eē: circūscri/
pto aliquo alio fm̄ entitatē: qꝛ circūscripta ꝑma intelligē
tia q̄ est alia a scða fm̄ entitatē: poterit nō eē. Mō ex hoc
arguiť sic: illud qð nō pōt nō eē circūscripto quocūqꝫ alio
fꝫ entitatē ē ens magis necciū eo qð pōt nō eē: circūscripto
alio fm̄ entitatē: sꝫ fili⁹ diuin⁹ est hꝫ: ꝛ nō itelligētia scða.
ḡ fili⁹ diuinus est ens magis neccium q̄ intelligētia scða.
¶ Et si tu dicas. fili⁹ diuin⁹ per te est neccius ex se: ꝛ nō a
se. Pater diuin⁹ est neccius ex se: ꝛ a se. Ergo pater diuin⁹
dr̄ esse magis neccius q̄ fili⁹. ¶ Ad ħ rñdeť: ꝙ necciuꝫ ex
se ꝛ a se est magis necciuꝫ eo qð est ex se ꝛ nō a se vbi hēat
distinctā nām ꝛ nō eandē: sꝫ vbi neccium ex se ꝛ a se sic sit
neccium in eadē natura: quīꝫ ad eandē nām sequať eadē
neccitas: sequtur ꝙ ista duo sunt eque necessaria.

## Pro intelligentia quō aliqd sit neccium fm̄ gd: sic creatura est neccia

ab eterno: Est aduertendū: ꝙ deus ab eterno ꝓducit q̄li/
bet creaturā in esse cognito ꝛ itellecto: qꝛ q̄libꝫ creaturā
intelligit ab eterno: ꝛ tale esse cognitū est eē fm̄ gd: ꝛ non
est aliqð verū esse eēntie: aut exñtie: vt hꝫ Sco. in. 36. di. Scot. p° sen. di. 36 q. 1.
1. q. 1. ꝯ Henricū de Gandauo: qui voluit res hr̄e eē eēntie
ab eterno. ¶ Et si tu dicas. ꝙ de⁹ itelligit q̄libet creatu/
rā ab eterno: quū neccio sic itelligat. ḡ nō poterit esse sine
ista itellectione: ꝛ ex ꝯñti sine obo cognito: sed de⁹ est ens
maxie necciuꝫ: creatura in esse cognito vel nō est neccia: vl̄
si est neccia: nō tāta neccitate q̄ta est de⁹. ḡ maxie neccium
in suo eē dependebit a minus neccario. ¶ Ad ħ rñdeť. ꝙ
neccariuꝫ a se qð est maxime neccariuꝫ: pōt esse absqꝫ oi re
pugnātia q̄tum est ex parte sui sine eē reali cuiuscūqꝫ nō
neccarij a se: qꝛ nō est ꝯdictio: q̄tuꝫ est ex pte ꝑoris absolu
ti: ꝙ ipm sit sine posteriori. Tñ illud neccariuꝫ nō pōt esse
sine eē cognito cuiuscūqꝫ alteri⁹: qꝛ eē eius neccario requi/
rit cognitionē alterius: ꝛ per ꝯñs alterum in esse cognito.
¶ Uel pōt dici ꝙ aliud est aliqð neccariū reqrere: vel co/
exigere aliqd ad suū eē. Aliud est ꝙ ad eē neccariū alicui⁹
aliud neccariū ꝯsequať. Dico ḡ ꝙ de⁹ nō depēdet ab eē co
gnito creature: nꝫ ꝑexigit tale eē cognitū sꝫ bñ tale eē co/
gnitū ad eē ipsi⁹ neccario ꝯseqť: Mō nō ē icōueniēs ꝙ ad
eē alic⁹ magis neccarij: aliqd min⁹ neccariū ꝯsequať.

## Pro intelligentia quō ens diuidiť in depen dēs: ꝛ in idependēs: ē ad/

uertēdū ꝙ Ar. 12. meta. tex. cō. 52. ponit ex intētione sua Ar. 12° me. t. c. 52
oia hr̄e ordinē eēntialē iter se: ꝛ magis ordinē eēntialē ad
vnū ꝑmū. Ex quo vult hr̄e ꝙ (quū iste ordo eēntialis sit
ordo eēntialis depēdentie) oia eēntialr̄ depēdent a ꝑmo
ente ꝛ (quū nihil sit eēntialr̄ depēdēs ab aliq̄ in essendo:
a quo nō hꝫ esse in aliq̄ genere cāe) vult ꝙ oia dependēt
a deo tanq̄ a cā finali ꝛ efficiēte. ¶ Et si tu dicas. quēad/
modū tꝫ via cōis: ꝙ oia depēdent a deo: vt a fine. ¶ Con
tra ħ est textus ei⁹. 12. meta. tex. c. 36. vbi loqtur de ꝑmo 12° meta. t. c. 36.
mouēte dicēs ꝙ mouet sic appetibile ꝛ itellīe. hꝫ āt mo/
uent nō mota: sic aūt ds mouet intellīntiā sibi ꝓximā: igiť
cāt itellīre: ipi⁹ itellīn. Sꝫ illð itellīre vt cōiter dr̄ fm̄ Ar.
ē idē qð sba itellīn. ḡ ꝛc̄. ¶ Si dicať ꝙ illð mouere ē me/
taphoricū ꝛ nō ꝓprie aliqd cāre. ¶ Cōtra. oīs intellectio
que nō est eadem obo: causať ab obo: ꝛ vr̄ ꝙ effectiue fm̄
Cōmē. ibidē dicētē: ꝙ balneū in mēte mouet vt efficiēs:
ꝛ vt ex̄ mouet vt finis. ḡ itellectio itelligētie causabiť ef/
fectiue a ꝑmo ente. ¶ Et si tu dicas. Intellectio itelligē/
tie scðe ꝛ ei⁹ sba depēdet a ꝑma vt cā finali: ꝓpterea qꝛ
ꝑma itelligētia terminat depēdētiā scðe: ꝛ finit ipaꝫ: ꝛ sic
ꝑcise vt a fine: ꝛ nō vt ab efficiēte ¶ Cōtra hoc dicit pħs
ꝙ itelligētia ꝑma nō solū mouet vt terminās depēdētiā
itelligētie scðe: imo vt mouens ad actū amādi: qꝛ mouet
vt amatū ꝛ desideratū. ḡ est cā amoris itelligentie ꝛ itel/
lectiōis: ꝛ nō nisi effectiue: vt argutū est. ḡ ꝛc̄. ¶ P̄. si de⁹
sit finis entiū solū termināꝯ depēdētiā eoꝝ in rōne finis:
illud terminare dependentiā isto mō nō est nisi ꝑexigen
tia entitatis diue: qꝛ vnūqðqꝫ ad suū esse reqrit entitateꝫ
dei: sꝫ hoc nō pōt esse fm̄ mentē pħi. qꝛ ne dū de entitate
diua: imo de entitate oīs spēi: pħs habuit pro ipossibili ꝙ
vniuersūꝫ posset ea carere. Uñ si deus nō eēt aliter cā fi/
nalis nisi qꝛ ei⁹ entitas reqriť ad entitatē alioꝝ: spēs hu/
mana eēt cā finalis: qꝛ neccario reqriť ad entitatē aliaruꝫ
spēꝝ fꝫ pħꝫ: ꝛ ñ eēt dr̄ia nisi i ħ: qꝛ ds eēt mai⁹ ens: q̄ spēs
hūana: sꝫ q̄ ad ꝑexigētiā necciā ita reqriť spēs hūana sicut
ds ad eē alioꝝ. Alia q̄ faciūt ꝓ ista ꝯne dimittāť vsqꝫ alr̄.

## Pro intelligentia quō relo creature ad deū sit eadē realr̄ fundaīto:

ꝛ vtr̄ q̄cūqꝫ sine qua fundamētū esse iplicat ꝯdictionē: vi Sco. 2° sent. di. 1.
deas Sco. in. 2. di. 1. q. 5. vbi diffuse ptractat istā māꝫ. q. 5.

4° meta. tex. cō. 3. Sco. 2°. di. 3. q. 6. iō eod. li. di. 12. q. 1.

**Pro intelligentia** quō vnū dicit̃ multiplr: est aduertendū fm p̄hm 4° meta. tex. cō. 3. (quā sniam insequit̃ doctor subtilis: in 2° snia. di. 3. q. 6. ⁊ in eodē lib°. di. 12. q. 1.) ꝙ ens ⁊ vnū cōuertunt̃: ⁊ quot modis dicit̃ ens: tot modis ⁊ vnū. Ens at̃ dr̃ vno mō trāscendēter. 2°. mō ens dr̃ generice: ⁊ hoc: aut fm genus gnālissimū: aut fm genus subalternuȝ. Ens ēt dr̃ specifice fm spēm spālissimā. Et vlti°. mō ens dr̃ singulariter sic q̄libȝ indiuiduū dr̃ esse ens singulr̃ vel idiuidualr̃: sic ens dr̃ tot modis: ita ⁊ vnū: qꝛ vnitas est passio adequata enti. Uñ quot sūt rōnes formales ꝯceptibiles ex nā rei in aliquo vno: tot sūt vnitates ex nā rei in eodē. Quū aūt in isto dr̄r eē plures rōnes formales sic ꝯceptibiles. s. entitas: suba: corpus viuēs: aial: hō ⁊ hic hō: tot in hoīe sunt vnitates ex nā rei: ita ꝙ sicꝫ iste rōnes formales sunt plures ⁊ distincte ex nā rei: sic ēt ⁊ ipse vnitates sunt sic distincte. ¶ Nec valȝ dicere: ꝙ itellect⁹ facit istas rōnes formales ꝯceptibiles: qꝛ itellc̄s per actū suū itelligēdi siue sit simplex apprehensio: siue sit ꝯpositio: ⁊ diuisio: nō facit rōnē talē eē ꝯceptibilē: sȝ per p̄us ipsa est ꝯceptibilis ex nā rei: ⁊ distincto actu itellībilis: q̄ȝ itelligat̃ act⁹ itelligēdi poni in esse. Uñ iō ipsaȝ rōnē ꝯceptibiiē itellc̄s nr̃ itelligit (loquēdo de istis rōnib⁹ formalib⁹ obtiuis repertis in re) qꝛ in se: ⁊ ex nā sui est itelligibilis: ⁊ nō iō est itelligibilis: qꝛ eā itellc̄s nr̃ itelligat. ¶ P̄. actus itelligēdi depēdet ab ista rōne ꝯceptibili: sic a cā sȝ cā nā p̄cedit effectū: ⁊ nō ponit̃ in eē per suū effectū. ğ ista rō est cōceptibilis in se. Tūc sic. Mltiplicato aliquo subo ex nā rei: cui adequat̃ aliq̄ passio: multiplicat̃ ⁊ ipsa passio: sȝ multiplicat̃ ens fm distinctas rōnes ꝯceptibiles in aliq̄ vno indiuiduo ⁊ singulari. ğ multiplicat̃ ei⁹ passio sibi adeq̄ta q̄ est ei⁹ vnitas. ¶ Scdo notādū est. ꝙ vnū ⁊ multa sunt opposita. ex. 10. meta. qd̄ est itelligēdū ꝙ ista sunt opposita vbi accipiant̃ fȝ idē ⁊ respcū eiusdē: sȝ vbi difformiter accipiant̃ vnitas ⁊ multitudo: nō opponunt̃. ex.ᵐ. si enim aliqd est vnuȝ nūero: ipoīe est ꝙ sit plā plalitate nūerali q̄ opponit̃ vnitati nūerali: sȝ vbi vnuȝ accipiat̃ fm gen⁹: aut fȝ spēm: tale vnū stat cū plalitate nūerali: ⁊ h̄ qꝛ pluralitas nūeralis seu multitudo: lȝ sit dispata respcū vnitatis specifice aut generice: nō tn̄ opponit̃ ei: ⁊ q̄ȝdiu aliq̄ mltitudo nō opponit̃ vnitati: nō tollit ⁊ destruit illā vnitatē: sȝ est ei compossibilis: qꝛ vnitas non tollitur aut destruitur nisi per eius oppositum ⁊ incōpossibile. Ex quo apparet quomō sit verū ꝙ aliqua dicant̃ esse vnū transcendenter: ⁊ tn̄ plura generice: ⁊ fȝ gen⁹: ⁊ sic descēdēdo vsq̄ȝ ad idiuidua: ⁊ hec dicta sint de particulo.



**Uantum** ad 2ᵐ arti.ᵐ p̄ncipalem ⁊c. ¶ Pro declaratione distōnis qua distinguit̃ intellc̄s in agētē ⁊ possibilē: est aduertēdū: ꝙ intellc̄s agēs fȝ Sco. dr̃ actiuus ⁊ p̄ductiuus. Actiuus: pro q̄ȝto respicit passiuȝ ꝙ est itellect⁹ polis. Productiu⁹ pro q̄ȝto respicit actū intelligēdi ⁊ aliquā formā p̄ductā in ipso intellectu possibili: vñ intellc̄s agens nō dr̃ p̄ductiuus qꝛ p̄ducat itellcm̄ possibilē: sȝ solū ex rōne p̄dicta: qꝛ p̄ducit aut actū intelligēdi: aut spēm intelligibilē in itellectu possibili. Et nō dr̃ actiuus: qꝛ agat in actū itelligēdi aut in spēm: sȝ qꝛ agit in itellcm̄ possibilē. ¶ Intellc̄s ēt possibilis dr̃ triplr̃ fm Doct. dr̃ vno mō passiuus. 2°. mō receptiuus: ⁊ 3°. mō opatiuus. Dr̃ passiuus in ordine ad itellcm̄ agentē inq̄ȝtuȝ est actiuus. Dr̃ receptiuus in ordine ad actū intelligendi ⁊ ad spēm quā recipit. Nō enī itellc̄s possibilis recipit intellcm̄ agentē: sȝ spēm intelligibilē aut actuȝ intelligēdi. ğ in ordine ad ista dr̃ receptiuus. Intellc̄s polis vltimo mō dr̃ opatiuus pro q̄ȝto formalr̃ itelligit: ꝯponit ⁊ diuidit ⁊ discurrit. Uñ formalr̃ opari in ip̄o est suū p̄priū itelligere. Iste tres rōnes in itellcū poli sic se hn̄t: ꝙ due p̄me. s. rō passiui ⁊ rō receptiui dicūt ip̄fectionē: ꝙ enī ali qnid patiat̃ ab aliquo recipiēdo aliquā p̄fectionē: hoc arguit ip̄fectionē in ipso: ꝙ ēt aliqd̄ passuȝ recipiat in se aliqd̄ receptibile: hoc ēt dicit ip̄fectionē: qꝛ receptiuū ⁊ receptibile semꝑ distinguunt̃ eēntialr̃: ⁊ vnū nō includit reliquū per identitatē: que distinctio eēntialis arguit max.ᵉ ip̄fectionē: ⁊ p̄pterea nō ponit̃ in diuis. Sȝ 3ᵃ rō itellcūs polis que est eē opatiuū seu formalr̃ opari: nō ponit aliq̄ȝ ip̄fectiōeȝ: imo p̄fectiōeȝ: ⁊ ita ponit̃ in diuis intellc̄s sub rōne opatiui: ⁊ nō sub rōne passiui aut receptiui. Consilr̃ q̄ȝtū ad rōnes ꝯpetentes itellectui agēti: eē p̄ductiuū dic̄ p̄fectiōeȝ in tali itellcū: sȝ esse actiuū dicit ip̄fectiōeȝ. Primū pȝ. ex snia p̄hoꝝ ponentiū nobili.ᵐᵃ entia hr̄e aliquaȝ casualitatē p̄ductiuā respcū istoꝝ iferioꝝ. ğ esse p̄ductiuū nō ponit ip̄fectiōeȝ in eo cui ꝯpetit talis rō p̄ductiuitatis. sȝ ēt actiuū in itellcū ⁊ in aliquo cuicūq̄ȝ cōpetit: ponit ip̄fectiōeȝ ex p̄te acti ⁊ ex p̄te passi: qꝛ passuȝ inq̄ȝtum passuȝ: vt dictū est. dicit ip̄fectiōeȝ. Silr̃ actum inq̄ȝtum actū ponit distōneȝ eēntialē: ⁊ p̄p̄ h̄ remouet̃ a deo: ꝙ habeat itellcm̄ actiuū ad intra: tū qꝛ ibi nō est passum: tū qꝛ ibi nō est distinctio eēntiails: sȝ bene in deo ad ltra ponit̃ itellc̄s agēs sub rōne p̄ductiui. ¶ Scdo nōndū est pro itelligētia p̄pōnis Ar. 3° de aia. tex. cō. 18. vbi hȝ: ꝙ intellectus agens est oīa facere: ꝙ due sunt rōnes ꝯpetētes itellectui agenti: vt colligit̃ de mēte Cōmē. ibidē. quarū vna est facere pō itelligibilia actu itelligibilia. alia est facere pō itellecta actu itellecta. Illud obm̄ dr̃ esse pō itelligibile qd̄ hȝ eē in fantasmate rep̄ntatū: qd̄ fantasma est ip̄proportionatū mouēs respcū itellc̄s polis: quū sit māle ⁊ extensuȝ: ⁊ intellcūs polis imālis ⁊ inextēsus: ⁊ iō tale obm̄ relucēs in fantasmate nō est actu itelligibile: qd̄ possit pō p̄pinqua mouere itellectū possibilē: sȝ solū in pō remota. Obm̄ aūt rep̄ntatū per spēm itelligibilē dr̃ esse actu itelligibile: qꝛ spēs rep̄ntans est p̄portionatuȝ mouēs respcū itellcūs polis: ⁊ h̄ est qd̄ ingt ibi Cōmē. 3° de aia. cōmē. 18. ꝙ offm̄ itellc̄s agētis est trāsferre obm̄ de ordine in ordinē: hoc est de ordine māliuȝ ⁊ corporaliū ad ordinē spūaliū ⁊ imāliuȝ. Qm̄ tale esse hȝ obm̄ in rep̄ntatiuo ⁊ in spē: quale eē hȝ ip̄m rep̄ntatiuū. Sȝ fantasma qd̄ est spēs rep̄ntans hȝ esse māle ⁊ extensuȝ. ğ ⁊ obm̄ rep̄ntatū per ip̄ȝ hȝ sic esse māle ⁊ extensuȝ. Et silr̃ dōm est de spē itelligibili ⁊ obo rep̄ntato per talē spēm: ita ꝙ sicꝫ spēs itelligibilis hȝ eē imāle: sic obm̄ rep̄ntatū per ip̄m hȝ ꝯsile eē. Ex quo seqtur ꝙ ibi est duplex trāslatio: q̄rū vna est realis: ⁊ altera metaphorica. Pria est. qua itellc̄s agens de fantasmate p̄ducit spēm itelligibilē: ⁊ ista est translatio seu productio realis. Alia est metaphorica qua obiectū transffertur metaphorice ⁊ silitudinarie ad tale esse: quale habet ip̄m rep̄ntatiuū: vt dictū est. Ex quo apparet quid sit itellectus agens: ⁊ qualis sit eius operatio. Ar. 3° de aia. t. c. 18. Aiō. sco. i qls. q. 13.

**Aduertendum** vlterius: ꝙ itellectuȝ agētē eē oīa facere pōt itelligi vel q̄ȝtū ad p̄mā opationē que est facere pō itelligibilia actu itelligibilia. vel q̄ȝ.ᵐ ad scdaȝ: que est facere pō itellecta actu itellecta. Si p̄ mō: h̄ pōt itelligi: ꝙ de quocūq̄ȝ itelligibili possit abstrahere spēm itelligibilē: ip̄m formalr̃ rep̄ntantē. Et si sic: hoc dcm̄ est falsū: ⁊ apud p̄hos: ⁊ apud theologos: qꝛ a relationib⁹ ⁊ respectib⁹ nō pōt itellc̄s agens abstrahere spēm intelligibilē: sȝ solū ab absolutis. Si vō tu itelligas ꝙ respcū cuiuscūq̄ȝ obti intelligibilis possit abstrahere spēm ip̄m formalr̃ vel virtualr̃ rep̄ntantē: sic intellectus agēs est oīa facere: p̄pterea: qꝛ nihil itellc̄s possibilis pōt itelligere: nisi per aliquā spēm que sit formalr̃

vel virtualr repñtatiua: z isto mō spēs absoluti virtualr
repñtat respcū z relationē. Scdm theologos intellect⁹
agēs nō est oia facere ꝙ possit de quocūq; obo abstrahe-
re spēz intelligibilē: ēt si sit absolutus: qz fm San. Tho. in
p⁹ pte. q. iz. arti°. z°. nō pt abstrahi spēs itelligibilis que sit
formalr repñtatiua eēntie diue: imo ēt de subys imālib⁹
fm Sco. z etiā de suba māli nō pōt abstrahi spēs aliq̄ for
malr repñtans talia oba. Rō pmi dicti est: qz spēs adeq-
tur obo: nulla autē creatura pōt adequari essentie diue. g
nulla spēs itelligibilis in nobis pōt haberi de essentia di
uina. Rō scdi dicti est: qz itellect⁹ agens nō abstrahit nisi
a fantasiabilib⁹: z ex ↄñti a sensibilib⁹. Sz tales sube pdi
cte nō sunt fantasiabiles: neq; sensibiles. g nō pñt hre p-
priā spēm in itellcū: assumptū aūt ꝙ itellcūs abstrahat a
fantasiabilib⁹ z sensibilib⁹: appet per hoc ꝙ nihil abstra-
hit itellcēs nisi a fantasiabilib⁹: sz fantasmata sunt a sensi-
Ar.2° de aia.tex. cō.161. bilib⁹; dicēte Ar. z°. de aia. circa finē. Est aūt fantasia mo
tus factus a sensu fm actū. g fantasia nō mouet nisi a sen
sibilib⁹: suba aūt siue sit mālis: siue imālis: nō est sensibi-
lis: qz est snia Cōme. z°. de aia. Sēsus nō se pfundat vsq;
ad subam rei. g suba nō est fantasiabilis: quare seqtur p-
positum: ꝙ nō hz ppriā spēm in intellectu.

**Pro intelligentia** hui⁹: qō est intellectū pos-
sibilē oia fieri: pōt itelligi
ꝙ possit recipere oēm actū intelligēdi de quocūq; intelli
gibili: z sic est vex fm mentē phi: qz itellcēs est toti⁹ entis:
z fm oēm ambitū entis: vel pōt itelligi ꝙ intellcēs possibi
lis sit oia fieri ꝙ de quocūq; possit hre aliquē actū itelli-
gendi: sz nō oēm. Et isto mō ↄcedit a theologis intellcm
possibilē eē oia fieri: qz lz de quocūq; itelligibili possit re-
cipe actū itelligēdi ex nālib⁹ q̄tū ad rōnes gnāles z cōes
vel q̄tuz ad illas rōnes que sunt abstrahibiles a sensibi-
libus: nō tñ q̄tuz ad rōnes ppas z specificas. z q̄tuz ad
respectū qui terminat ad deū sub ppria rōne deitatis.

**Alterius** pro intelligētia hui⁹ qō ponit in lra: ꝙ in-
tellect⁹ agens: z itellcēs possibilis sūt due
formalitates. Aduertendū ꝙ itellectus agēs pt capi duo
bus modis: vno mō p intellcū: cui⁹ ē abstrahere spēm in-
telligibilē. alio mō pōt accipi intellectus agēs pro illo in
tellcū cuius est causare effectiue intellectionē siue actus
intelligendi. Si pmo mō capiat itellectus agēs: sic talis
intellectus z intellectus possibilis sunt due potentie for
maliter distincte ex nā rei: z hñt distictas formalitates.
Si vero capiat itellectus agēs p illo itellectu cuius est
causare actū intelligēdi: z dicat ꝙ intellectus possibilis
Sco. i q. q.15. z i.i° di.3.q.7. ↄcurrat actiue ad actū itelligēdi: vt sustentat Sco. i quo
libet. q.15. z in p sniarū di.3.q.7. d noticia genita. tūc itel-
lectus agēs z possibilis nō sunt due potētie formalr disti
cte ex nā rei: neq; hñt dues formalitates: vt declat Sco.
in quoli. q. dcā. ¶ Nōndū tñ ꝙ pō pōt capi vel pro respe
ctu pōlitatis: vl pro fundamēto respcūs. Si p mō: tūc in-
tellect⁹ agēs z posis: (dato ꝙ idē intellcēs causet in seipso
actū itelligēdi) distinguunt formalr z sunt due po respe
ctiue itellcēs agēs z posis: z h qz ali⁹ est respcūs pōlitatis
actiue: z ali⁹ est respcūs pōlitatis passiue. Qui duo respe-
ct⁹ appellant due po respectiue: qui respcūs vlteri⁹ fun-
dant in vno z eodē absoluto qō est suba itellcēs posis: seu
ipsa pō fundamētalis. Si vo capiat pō pro fundamēto p
pimo pōlitatis itellcēs agēs z posis (Cū sint vnū z idē ab-
solutū ex nā rei simplr indistinctū) sic nō sunt due po for
malr distincte: z hoc fm Sco. in prefata. q. quolibeti.

**Pro intelligentia** quō duplex sit act⁹ est ad-
uertēdū: ꝙ z est act⁹ in i-
tellectu: qdā est act⁹ rect⁹: qdā reflexus: qdaz collatiuus.
Act⁹ rect⁹ est ille qui directe termiat ad obm ex: z hz ten
dentiā in obm ipm vt in terminū. Act⁹ reflexus est actus
qui terminat ad actū pexistētē in pō z hz relōnē tenden
tie: vel tendētiā in ipm. Qnq; vo talis act⁹ reflex⁹ hz ten
dētiā i pōz cognoscētē: iq̄ztm cognoscēs ē: qnq; vo hz tēdētiā in
obz iq̄ztm ē cognitū. Exm p¹. si itelligo me itellre iste act⁹ q̄
itello me itellre termiat ad ipz itellre tāq; ad terminū.
Exm z¹. Si itelligo me itellntē: tc iste act⁹ termiat ad me
sub ea rōne: sub q̄ itelligo. Exm tertiū. si itelligo me itellre
lapidē: iste act⁹ termiat ad lapidē vt itellm: ita ꝙ act⁹ pōt
eē ↄuersiu⁹ z reflex⁹: z sup seipz itelligētē z sup actū itelli
gēdi: z sup obm itellm inq̄ztm est intellm. Act⁹ aūt collati-
uus est act⁹ q̄ ↄpat vnū obm ad aliō: z h est satis manim.

**Notandum** vlterius p itelligētia tertiū notati:
ꝙ rō capit duob⁹ modis: vno°. capi
tur rō p rōne obiectiua: alio mō pro eo qō est formalr rō.
Primo mō dicim⁹ ꝙ diffō est rō obiectiua: de qua rōne
facit mentionē Arist. in diffinitiōe vniuocox z equocox Ar. i an. pdicamē. t.c.33.
qñ inquit. Uniuoca sūt illa quox rō zc. Silr in. 7. meta.
ca°. de partib⁹ diffōnis. t.c.33. hz Arist. ꝙ sicut rō ad rē: ita
partes rōnis ad ptes rei. Silr ois cōceptus obiectiu⁹ qui
pōt terminare actū intelligēdi ex nā rei appellat rō apō
Arist. Et isto nomie vtit Ar. 5. meta. ca. de fal. t.c.34. vbi T.cō.34.
hz ꝙ rō in se falsa: est de ol falsa: z rō in se vera: est ↄcept⁹
q nō includit partes ad seinuicē repugnātes. Alio°. capit
rō z scdo mō pncipalr p rōne formali: seu p eo qō est for
malr ratio: z h duob⁹ modis. vel p rōne q̄ est actus pm⁹:
vel p rōne q̄ est actus scdus. Si rō capiat pactu pmo: sic
accipit p potētia rōcinatiua q̄ ē formalr potētia rōnalis:
z talis rō: q̄dā est vlis: q̄dā particularis. Rō vlis est itel-
lectus qui discurrit z rōcinat circa vlia. Ista aūt potētia
rōnalis capit ab Ar. duob⁹ modis: vno mō p potētia cu
ius est rōnabilr discurrere etiā circa vlia. Alio°. p poten-
tia: cui⁹ est rōnabilr eligere z determiare de agibili. pmo
mō sic est intellect⁹ potētia rōnalis per essentiā: qz ei⁹ sic
est discurrere circa vlia. scdo mō volūtas dr rōnalis per
eēntiā: qz eius est eligere: quū sit potētia electiua: z ei⁹ est
determinare ad alteruz oppositox; vt est de mēte Ar. 9. Ar.9° me.t.c.10
meta. tex. cōmē. 10. Quā sniaz habz ipse Cōmē. in prefato
cōmē. volēs: ꝙ potētia q̄ est oppositox sicut est itellect⁹:
determinat ab appetitu. Si vero rō capiat p rōne parti
culari: sic vel capit pro potētia rōcinante circa particula
ria: z talis est ipsa cogitatiua: vt hz videri in scdo de aia a
ↄmen. z ēt in z°. Uel capit rō particularis p potētia colla
tiua: z isto mō nō solū cogitatiua: vex etiā imaginatiua z
sensus cōis possunt appellari rō: qz quelibz istax pōt ope
rari circa obiectū: nō solū in se: vex etiā in ordie ad aliō:
referēdo vnū ad reliquum: qō appet de sensu cōi: q ponit
dñiam iter extrema sensibilia: inq̄tū sensibilia sūt: z pac-
ceptat vnū sensibile magis q̄ reliquū: qō nō est sine actu
collatiuo: quo cōparat vnū obm ad reliquū. Rō si capit
p rōne formali: q̄ est actus scdus: sic accipit pro discursu:
quo potētia discursiua formalr discurrit a pmissis ad cō-
clusionē: capit ēt p ipso actu collatiuo: quo vnū obm re-
fert ad reliquū. Qz aūt iste act⁹ collatiu⁹ dicat esse rō aut
actus rōnis: appet de mēte Sco. in p sniax. di.45.q. vni- Sco. i° sen. di.45 q.vnica.
ca. vbi vult: ꝙ potētia volitiua: z quecūq; alia q̄ sit colla-
tiua possit cāre rōnē z distinctionē rōnis. Ultimo mō rō
capit p forma: vt est de mēte Ar. 3°. meta. t. cō. tertiū. vbi Ar.3° me.t.c.3.
appellat spēm z formā dom⁹: rōnē. Et forma dr eē rō: qz
oē illud: qō est pncipiū agēdi actiōe reali vel actiōe inten
tiōali: dr rō agēdi: sed forma sic est pnm respectu vtriusq;
actiōis: z maxie est pnm cognoscēdi rē cui⁹ est forma. Igi
tur forma sic potest dici ratio.

**Pro intelligentia** pme ↄnis in q̄ ponit qd
sit idētitas rōnis. Est ad

uertendū φ duplex est ꝯcept⁹: vnus ex pte rei q̄ cōcipit:
alius ex pte itellect⁹. Ex parte itellect⁹ duob⁹ modis pōt
accipi concept⁹ iste: vno°: ipsa itellectio appellat ꝯcept⁹: q̄
itellectio est illud quo itellect⁹ itelligit ⁊ ꝯcipit obiectū.
Scđo mō cognitio passiua q̄ obm̄ ꝯcipit ⁊ cognoscit: ap
pellat ꝯcept⁹: ⁊ ipsa itellectio qua itellect⁹ itelligit dr cō/
ceptus: q² p ipaȝ itellect⁹ ꝯcipit obm̄: ⁊ ipsa cognitio passi/
ua etiā appellat ꝯcept⁹: q² per ipaȝ obm̄ ꝯcipit ab intelle
ctu. Prim⁹ ꝯcept⁹ q̄ est itellectio: est ens reale ⁊ absolutū
de pdicamēto qualitatis. Scđs ꝯcept⁹ q̄ est ipsa cognitio
passiua: est ens rōnis respectiuū ⁊ nō absolutū: ⁊ nō ē nisi
respect⁹ rōnis derelict⁹ in obto: ex applicatiōe itellectus
ad ipm obm̄. ❡ Scđo notādū est φ qn̄ itellect⁹ itelligit
aliqđ obiectū: puta lapidē intelligentia simplici est ꝯside
rare duo in lapide itellecto. s. nām lapidis que itelligit: ⁊
ipm esse cognitū qđ acqrit lapis ab intellectu. nā lapidis
q̄ intelligit est ens reale: sȝ esse cognituȝ est ens rōnis: vt
dictū est: ⁊ q² vnūqđqȝ ens ꝯsequit sua ppria vnitas: nāȝ
lapidis q̄ intelligit: ꝯsequit vnitas realis. Ipm eē cogni/
tuȝ ꝯsequit vnitas rōnis: qm̄ q̄le est ipm esse: talis ē vni/
tas ꝯñs eē. Unitas aūt quū sit primū fundamētū idēti/
5° meta. t. c. 20. tatis ex. 5. meta. ca° de ad aliqd. Unitas ꝯñs esse cognitū
est fundamētū idētitatis rōnis. Unitas etiā ꝯñs nāȝ la/
pidis q̄ intelligit est fundamētuȝ idētitatis ex nā rei. Ex
quo sequit ppositū φ qn̄ intellect⁹ aliqd intelligit itelli/
gentia simplici: nō cōparādo: aut referēdo illud qđ itelli/
git ad aliud (cū habeat ꝯceptū indistinctū olo ex pte rei
⁊ ex parte ipsi⁹ intellect⁹ nō distiguētis ipȝ obm̄ ab alio)
obiectū vt hȝ esse cognitū p vnitatē ꝯñteȝ tale esse cogni
tuȝ: fundat identitatē rōnis. Et hoc est qđ dr: φ ola ista q̄
cōcipiunt per se: ꝯscitare tertiū modi: hoc est in se: ⁊ solita/
rie cognoscēdo ipsa ⁊ nō referendo ad alia: dnr fundare
idētitatē rōnis. ❡ Et ex h̄ apparet qualr sit vex illđ qđ
dicunt scotiste: φ idētitas rōnis est absolutissima: hoc est
nō depēdens ab actu collatiuo itellect⁹ aut alteri⁹ poten
tie collatiue. Uñ absolutum pōt intelligi duob⁹ modis:
vno°: vt distinguit ꝯ respectiuū: alio°: vt distinguit ꝯ depē/
dens. Si pmo mō capiat absolutuȝ: idētitas rōnis nō est
absolutissima: q² est respect⁹ rōnis. Si vo capiat absolu/
tuȝ scđo mō: sic est absolutissima: hoc est idepēdēs idepē/
dentia opposita depēdētie qua depēdet ei⁹ oppositū: qđ
est distictio rōnis q̄ depēdet ab actu collatiuo: ⁊ cōstituit
in eē per talē actum: sed idētitas rōnis est absoluta ab oī
tali depēdentia. ❡ Sȝ hic isurgit vna difficultas. Nam
certū est φ idētitas rōnis est relatio: ⁊ relatio ē iter extre
ma q̄ sunt fundamētū ⁊ terminus: idētitas aūt rōnis est
eiusdē ad se: sed nulla relatio est eiusdeȝ ad se nisi sit per
actū collatiuū intellect⁹. q̄ idētitas rōnis dependebit ab
actu collatiuo itellect⁹ vel alteri⁹ potētie collatiue. ❡ Et
ꝯfirmat p Ar. 5. meta. ca°. de eodē: ⁊ est tex. nō hñs ꝯmē.
Aristo. 5. me. tex. q̄ h̄ ūte ꝯñ. imediate sequens. tex. ꝯmē. 15. Idētitas est vno°: qn̄ intel
lectus vtit vno vt duob⁹. Ex quo sequit φ fm Ar. idēti
tas quecūqȝ est iter aliq̄ duo: ⁊ q̄ si est eiusdeȝ ad se: h̄ erit
per actū collatiuū itellect⁹. ❡ Ad hoc rñdet: φ duplex ē
relatio: quedā est relatio actualis: q̄daȝ aptitudinalis seu
fūdamētalis. Relatio actualis siue sit realis: siue rōnis:
semp est iter aliq̄ duo extrema in actu: aut fm rē: aut fm
ꝯsiderationē itellect⁹. Si sit relatio aptitudinalis ē inter
aliqua duo existētia in actu solū in aptitudine ⁊ in potētia:
ita φ nō reqrit extrema actualr existētia: sed solū potētia/
liter. Si loqmur de relatiōe actuali: dicim⁹ φ identitas
rōnis actualr nō pōt fundari in obiecto cognito cognitio/
ne simplici: ppterea q² obm̄ apphensuȝ simplici apphen
siōe vt sic cognitū: nō est aliq̄ duo in actu p ꝯsiderationē
intellect⁹: sed idētitas q̄ fundat in tali obiecto sic cognito
(que est idētitas rōnis) est idētitas aptitudinalis ⁊ fūda
mētalis: p q̄̄to fundat sup vnitatē ei⁹: qđ pōt esse aliqua
duo in actu per ꝯsiderationē itellect⁹: q² itellect⁹ pōt vti
vno ⁊ eodē: vt fundamēto ⁊ termio idētitatis: ⁊ tūc vtit
vno vt duob⁹ eo mō quo loquit Ar. 5. meta. loco pallega Ar. 5. me.
to. ❡ Ex quo nos cōcludim⁹: φ lȝ in tali obiecto sic app/
hēso fundet idētitas rōnis aptitudinalis: nō tñ actualr:
q² ista solū est in illo qđ cōsiderat ab intellectu inq̄̄tū cō
sideratū est: ⁊ per cōsiderationē alteri cōparat: ex quo ap
paret qd sit idētitas rōnis ⁊c. ❡ Ex quo infert vnuȝ cor/
relariū: φ nō dat identitas rōnis actualis sine actu colla
tiuo intellectus: hoc pȝ ex dictis: q² quū talis idētitas sit
relatio rōnis: est inter aliqua extrema ꝯparata adinuicē
per actum collatiuum intellectus.

Pro intelligentia scđe ꝯnis notandū est: φ pma via ⁊ maxia ad de
mōstrādū distōnē inter aliq̄: est via ꝯdictiōis. Et hoc pre
supponendo φ ꝯdictio sit maxia oppositio ⁊ simplr pª: φ
sit pma pȝ: q² psupponit ab oīb⁹ alijs: φ sit maxima: de h̄ Fracisc⁹ di. 38. q. vlti° Landulphus in 4° di. 1. q. 1.
est difficultas. Tñ pars affirmatiua tenet a Francisco de
mayronis in cōflatu. di. 38. q. vlt. ⁊ Landulpho in. 4. sen.
di. 1. q. 1. licȝ Burleus teneat oppositū. Ex h̄ ꝯcludit φ di
stinctio rōnis est inter illa que sȝ aliqđ eē rōnis sunt fun/
damēta ꝯdictionis: sic in ppōne in qua idē pdicat de se/
ipso: vbi idē fm rem: ⁊ ex nā rei fundat duas intētiōes se/
cūdas oppositas: vel saltē disparatas: sic sunt itētio subti ⁊
intētio pdicati in ista ppōne: hō est hō. vbi idē est subm̄ ⁊
nō subȝ: vt a pte pdicati: ⁊ silr idē est pdicatū: vt est a pte
predicati: ⁊ nō predicatū: vt a parte subiecti.

Pro intelligentia quō iter entia realia ⁊ ra tiōis est distinctio rōnis:
est aduertēdū: φ (quū distinctio sit relo mutua) in vtro/
qȝ extremo pōt fundari sup ente reali: ⁊ termiari ad ens
rōnis. ⁊ eꝯ. Si fundet in ente reali ad ens rōnis: pōt pba
ri talē distōnē esse distōnem rōnis duplici via. vna est ex
depēdentia ad ens rōnis: qm̄ quū relo depēdet ab extre/
mis: q̄cūqȝ dependet ab ente rōnis: de necessitate est ens
rōnis: q² depēdētia semp est ad pus ⁊ ad pfecti⁹: Ex qua
via pbat nō tm̄ distōnē fundatā in ente reali: ⁊ termina/
tā ad ens rōnis eē ens rōnis: verū etiā relonē fundatā in
ente rōnis: ⁊ terminatā ad ens reale. Q² quū eque hñ re/
latio depēdeat a fundamēto sic a termino: si dependebit
a fundamēto rōnis: necio seqtur ipaȝ eē ens rōnis. Et ita
ista via est gnālis oīb⁹ distōnib⁹ rōnis. Sȝ alia via spālis
ad pbandū distōnē rōnis est ex hitudine ad terminū: q²
quū relo icludat hitudinē ad fundamētū tanq̄ȝ aliqd qđ
est passio ei⁹ ⁊ cōpetit per se ei in 2° mō: ⁊ hitudinē ad ter/
minū tanq̄ȝ aliqd qđ ꝯpetit ei p se ⁊ in pmō: essentiali⁹ pōt
pbari distōneȝ rōnis eē ens rōnis per hitudinē ad termi
nū. Assumptū aūt de hitudine ad terminū φ cōpetat per
se in pmō reloni: appȝ per Ar. i pdi. ca. de ad aliqd: ⁊ vbi/ Ar. i pnt c. h ad aliquid.
cūqȝ diffinit respcm̄ p hitudineȝ ad terminū ⁊ nō ad fun/
damētū. q̄ illa distinctio q̄ fundabit in ente reali ⁊ termi
nabit ad ens rōnis: necio erit ens rōnis ex hitudie ad ta/
lē terminū. ❡ Sȝ h̄ isurgit difficultas: vtrū distō funda/
ta in ente rōnis ⁊ terminata ad ens reale (. s. distō q̄ fun/
dat in ista intētiōe q̄ est gen⁹: ⁊ terminata ad aial qđ est i/
tentio pª:) possit pbari eē ens rōnis ex hitudine ad termi
nū. ❡ Et rñdet φ sic: psupponendo pª. φ distinctio hȝ in/
herētiā ad suū fundamētū q̄ ē eadē realr sibi: sic p se pas/
sio est eadē subo cui⁹ est passio. Presupponit 2°. φ inherē
tia si sit ens rōnis: ⁊ idētificat suo fundamento: de necita
te fundamētū erit ens rōnis: q² qđcūqȝ est ens rōnis: nō
pōt idētificari enti reali. Isto stāte arguit sic. inherentia
distōnis q̄ est fundata in ente rōnis: est eadē sibi realr: sȝ

ista iberētia est ens rōnis. ergo τ distictio erit ens rōnis. Assumptū pbaṫ. qꝛ inberētia talis distictiōis fundaṫ in distinctiōe: τ terminaṫ ad ipm ens rōnis. ꝙ bꝫ babitudi/ nē ad terminū rōnis: sed ois relatio q̄ bꝫ babitudinez ad terminū rōnis est ens rōnis. ꝙ ista inberētia q̄ talē bꝫ ba/ bitudinē ad ens rōnis: erit ens rōnis. ꝯña pꝫ. ꝓpterea qꝛ inberētia distinctiōis fundaṫ in distictiōe: τ terminaṫ ad illud ens in quo fundaṫ distinctio: τ tale est ens rōnis: vt dictū est. ergo ꝓpositū. Et sic pꝫ ista via.

## Pro intelligentia q̄ sit distinctio rōnis nāe rōcinabilis.

Notādū est ꝙ distictio que est a nā rōcinabili: est distinctio nāe circa quā pōt itellectꝰ rōcinari de qua itellectꝰ pōt venari mul tos cōceptꝰ: vt illa nā dicaṫ esse rōcinabilis que pōt cāre de se multos ꝯceptꝰ in intellectu possibili siue reales siue rōnis. Mō idez simplex in re oio nō pōt causare multos cōceptꝰ in intellectu: nisi per actū collatiuū intellectus. Probaṫ assumptū. qꝛ vnū obm nāliter agens in intellm possibilē dispositū ad eius intellectionem: nō causat nisi vnicū cōceptū: qꝛ quū agat fꝫ vltimū virtutis sue causat oēm cōceptū quē pōt causare. ergo cū sit vnicū in re: cau sabit vnū ꝯceptū de se. Probaṫ boc. qꝛ vna res nata ē fa cere vnū ꝯceptū adequatū: qꝛ alias nō esset vnū cogno scibile nec vnico actu cognoscibile: sed istū conceptū sibi adequatū formādo: videṫ imutare intellectū q̄ɫtū natū est ipm imutare. ergo nō formabit nisi vnū ꝯceptū: τ ita nō alium τ aliū. Ex quo sequiṫ. ꝙ si formabit aliū τ aliuz cōceptū: boc erit precise per actū collatiuū intellectꝰ. Cꝛ si detur ꝙ faciat aliū τ aliū cōceptū: obiectū nō erit vnuz τ simplex in re: sed de necessitate oꝫ dare ꝙ in ipso sit ali qua distinctio ex nā rei ꝓcedens oēm actum intellectus. Et ita qꝺ tu dicis esse distinctionē rationis a nā ratioci nabili: dico eaꝫ distinctionē esse a nā ex parte rei.

## Pro declaratiōe q̄ō intellectꝰ sit falsus q̄ intelligit rē aliter q̄ꝫ sit:

di cendū est ꝙ ille itellectꝰ qui sic intelligit intellectiōe cō positiua aut diuisiua est falsus. ¶ Pro quo ē notādū ꝙ opatio itellectꝰ est duplex: quedā est icōplexa: quedā cō plexa: vt est de mēte Ar.3.de aia.t.c.21. Opationi icōple xe nō opponiṫ falsitas: sed solū ꝓuatiue ei opponiṫ igno rantia. Sed opatiōi cōplexe opponiṫ ignorantia ꝓuatiue τ falsitas positiue τ ꝯrie. ¶ Aduertēdū tñ ꝙ opatio icō plexa: quedā est circa q̄ditatē simplr simplicē: intelligen do per talē quiditatē illam. s. que nō bꝫ conceptuꝫ resolu bilē in aliquē priorē conceptū quiditatiuū: sicut cōceptꝰ entis suaꝝ passionū: differentiaꝝ vltimaꝝ: τ suoꝝ modo rum per quos ꝯbiṫ ipm ens. Alia est quiditas nō simplr simplex: sed cōposita: τ est ipsa quiditas resolubilis in ali quos cōceptus seorsuꝫ ꝯceptibiles. Si loquamur de itel ligentia que est circa quiditatē ꝑmo mō: intellectus itel ligens talē quiditatē semꝑ est verus: τ in ipso nō cadit de ceptio τ error: τ fm boc pōt intelligi illud Arist.9.meta. tex.cō.22. ꝙ intellectus circa q̄ōgdest: semꝑ est verꝰ. Et banc eandē sniam bꝫ.3.de aia.tex.cō.26. vbi vult ꝙ intel lectus circa q̄ōgdest sic est verus: queādmodū sensus cir ca ꝓpria sensibilis. Si loquamur de quiditate cōposita: lꝫ intellectus simplici intellectiōe apꝑbendēs ipaꝫ qui ditatez: nō sit formaliter falsus: tñ pōt bene eē falsus vir tualiter: τ est q̄ñ intellectus apprebēdit quiditatē sub ra tione aliqua sibi repugnāte τ cōtradicente: sicut q̄ñ intel lectus intelligit simplici apprebēsione boiem irrationa lem. Et boc mō locutus est Ar.5.meta.capꝰ de falso: vbi vult ꝙ ratio in se falsa est de oi falsa. Modo falsitas istiꝰ rōnis in intellectu nō est falsitas formalis: sed est falsitas virtualis. Sicut exēpli grā. bō irrōnalis non est ꝯplexio

Ar.3.de aia.t.c.21

Ar.9° me.t.c.22 τ.3.d aia t.cō.26.

Ar.5.me. t.cō.34.

formalis: queādmodū est illa que exprimiṫ per boc ver bum substantiuū est. s. dicēdo bomo est irrōnalis: sed so lum est cōplexio virtualis: ita ꝙ qualis est ꝯplexio falsa: talis est falsitas cōsequens talē cōplexionē. Ad oppositū applicādo: quū intelligētie simplici τ incōplexe nō oppo naṫ falsitas eo mō quo dictū est: intelligere rem aliter q̄ꝫ sit intellectiōe simplici: nulla est falsitas: que intellectio est solū precisiua τ abstractiua: ꝯsiderādo aliqꝺ vnū ab stractū ab alio: non cōsiderādo illud a quo sit abstractio: queādmodū mathematicus abstrahit lineā a mā sensi bili. Sed intelligere rem aliter q̄ꝫ est: itelligētia cōpositi ua aut diuisiua. (τ boc intelligēdo aliquā cōplexionē for malez vel virtualē) iste intellectus est falsus formaliter vel virtualiter. Nec sequiṫ. itelligo rōnem abstractā ab aliquo (puta lineā a materia sensibili) nō intellecta mā sensibili: igiṫ intelligo lineā esse sine mā sensibili. ꝯña nō valet. permutas eni abstractionē simplicē veram: τ non mendacez: in abstractionē diuisiuā τ mendacē: de quarū ꝑma babeṫ.2.pby.t.c.18. ꝙ abstrabentiū nō sit menda cium. τ sic patet ad articulum.

## Pro declaratiōe secundi articuli partialis secundi articuli pncipalis

preter distinctionē entis quā ꝑdāt auctores formalitatuꝫ: est aduertēdū ꝙ res τ ens capiṫ tribus modis. Uno mō pro oi ente qꝺ bꝫ esse: vel pōt habere esse extra animaꝫ: τ isto mō loquiṫ Auic. ꝑmo metapꝧ.ca.5. ꝙ ens τ res sunt coia oibus.10.generibꝰ: qꝺ nō est intelligendū ꝙ ens pre cise q̄ɫtū ad vocē sic sit cōe: qꝛ certū est: ꝙ apud oēs ē vnꝰ conceptꝰ rei τ entis indifferēs ad oia.10. ꝑdicamenta: qui cōceptus nō variaṫ q̄uis voces τ noia (significātia in di uersis linguis talē ꝯceptū) varienṫ: qꝛ ꝑmo piermenias. Cōceptus sunt idem apud oēs: sed nō voces significātes ꝯceptus. Scđo pōt accipi ens τ res vt distinguiṫ ꝯ modū τ circūstātiā rei: τ isto modo nos dicimus: ꝙ illa que im portant babitudines τ respectꝰ nō sunt ens τ res: sed isto modo sumptū ens cōuertiṫ cum absoluto: τ sic substātia: q̄ɫtitas τ qualitas tm̄ dicunṫ res τ ens. Cetera aūt dicun tur aligd rei. Isto mō accepit Boetius in libro de trinita te. pꝫ inquit que sint differētie ꝑdicationū: alie quidē q̄si rez mōstrant: alie quidē quasi circūstantiā rei: qꝛ ista pre dicanṫ sic ꝙ fm se rez aliquā monstrant. Ista vero non esse: sed extrinsecus aligd apponūt. Uult eniꝫ ꝙ illa que iportant babitudines τ respectus nō ꝑdicāt esse isto mō sumendo esse: sed solū circūstantiā τ modū entis. Unde vocat circūstantias entis ipsas babitudines. Tertio mō poterūt capi ens τ res ꝓ eo cui per se ꝑmo cōpetit eē eo modo quo loquiṫ Ar. de ente.7.meta.tex.cō.2. vbi vult ꝙ accidentia nō sunt entia nisi qꝛ entis cui per se ꝑmo cō petit esse: qꝺ quidē ens est substātia: sic etiā loquiṫ in eo dem.7. ipse Ar.tex.cōmē.14. vbi vult ꝙ qualitas τ cete ra accñtia nō sunt entia: nisi eo mō quo logici dicūt: non ens esse. Logici dicūt ꝙ nō ens est: non quidē simplr: sed nō ens: sic etiā accñtia nō sunt entia cui ꝑ se ꝑmo cōpetit esse: sed sunt buiꝰ entis. Ex quo ꝯcludimꝰ ꝙ ens acceptū isto 3° mō est ens reale: τ ex nā rei: qꝛ est ens extra animā nō depēdens ab opatione anime in fieri τ in conseruari. Sꝫ in ꝑmo mēbro accipiṫ ens cōissime τ res. In scđo ac cipiṫ strictius. In tertio mēbro strictissime. Ex quo appa ret q̄ō accipiaṫ illud qꝺ est res: τ q̄ō accipiaṫ aligd rei.

Ut est de mte doc. sub. q̄bꝫ q.3.

Ar.7° me.t.c.2. τ i eodē t.cō.14.

## Pro intelligentia q̄ō ens dicaṫ q̄ditatiue de absoluto τ respectiuo:

est aduertendū ꝙ ens ꝑus diuidiṫ in absolutū τ respecti uuꝫ q̄ꝫ diuidaṫ in.10. genera gnālissima. Ex quo sequiṫ ꝙ quū ens prediceṫ de ꝑmis partibꝰ suis subiectiuis q̄ nō sunt simplr simplices: sic predicaṫ q̄ditatiue de absoluto

tia entitas totius distincta a ꝑtibus cōstituētib⁹. Et pp̄ h̄
q2 ꝑdicatū ꝛ subiectū in his abstractis nō sunt oīo idem:
ideo remanet ꝓpō falsa. Et ita seqt̄ ꝙ hūanitas vltima-
te abstracta est tm̄ ipsa: ꝛ tm̄ verificat̄ de seipsa eo modo
Auic. 5° me. c. h°. quo loquitur Auicē. 5. metaphy. Equinitas est tantū equi
nitas. ❡ Et si dicat̄ Cōmen. 7. metaphy. cōcedit istā (vt
alias dictū est) scz. est aialitas ꝛ rōnalitas. ❡ Rñsū3 est
superius in scðo arti. partiali. s. ꝑcedēti. tractando quō to
tū3 cōpositū distinguat̄ a partib⁹ suis ex nā rei.

Pro declaratiōe quō adiectiuū ꝛ verbū ꝑ-
dicant̄ formaliter: est ad-
uertēdū ꝙ ꝑdicari formalr est ꝑdicari per modū forme
iformātis ꝛ ihērētis in quadā adiacētia ꝛ ihērētia forma
li: ꝛ ꝑ modū q̄lificātis vel q̄si q̄lificātis: ꝛ ita (quū actus
7. mete. t. cō. 19. ꝛ qualitas sint idē: vt est de mēte Arꝫ. 5. meta. cap° de q̄li.
vbi vult ꝙ dr̄ia in subā vno⁹ est q̄litas q̄ est actus eēntia-
lis cōstituti per ipam) Scðm hoc pōt poni duplex ꝑdica
tio formalis vna est formalis denoiatiua que ē respectu
ꝑdicati qð ꝑdicat̄ per modū act⁹ accñtalis seu accñtalr
qualificātis. Alia est formalis qditatiua que est respectu
ei⁹ qð ꝑdicat̄ ꝑ modū act⁹ eēntialis essentialr q̄lificātis.
Exēplū3 ꝑmi. vt hō est aib⁹: vel hō est risibilis: vel hō ge-
nerat. Exēplū scði. hō ē rōnalis. ❡ Ex hoc ɔcludit̄ ꝙ qñ
termin⁹ ꝑdicati ex modo ꝑdicādi nō pōt ꝑdicari nisi for-
malr: si ꝑdicat̄ de subiecto vltimate abstracto (quū tñc
subm tm̄ accipiat̄ in esse qditatiuo: ꝛ quo ad illa tñmō q̄
in ipso includunt̄ qditatiue: q2 in ista abstractiōe circum-
scribit̄ ab oībus posteriorib⁹ ꝛ ab oībus his q̄ sibi insunt
per accñs) ꝓpō talis formalis nō erit vera: nisi sit ꝑ se pri
Doc. sub. i p° di. 5. q. i. mi modi. ❡ Aduertēdū tñ ꝙ ista regula Doct. subt. que
habet̄ in ꝑmo sniaꝝ. dist. 5. q. i. h3 multas instātias: quas
oēs excludit ꝛ soluit Fran. de Mayronis in ꝑmo sniaꝝ.
di. ꝑdicta: ꝛ iō ibi videas. ❡ Aduertēdū ꝙ ꝑ syllogismū
expositoriū videt̄ posse ɔcludi oppositū huius regule de
subiecto vltimate abstracto: sic arguēdo. Hic pr̄ generat
hec eēntia diuia est hic pr̄. ergo hec essentia generat. ɔclō
videt̄ seq ex ꝑmissis. ❡ Ad hoc rñsū3 est: qð sicut ex dua
bus ꝑmissis: quaꝝ vna est de necio: ꝛ altera de cōtingēti
nō seqt̄ nisi ɔ de cōtingēti: vel q̄ hēat exponi ꝑ cōtingēs:
ita ex vna ꝑmissa formali: ꝛ ex altera idētica nō seqt̄ nisi
ɔclō idētica: vel q̄ hēat exponi ꝑ idēticā: ita hec ɔclō non
habet cōcedi que ifert̄ nisi ſm hunc sensū3: ꝙ hec eēntia
est id qð generat: que ꝓpō est tm̄ idētica. ❡ Vel dicēdū
est ꝙ syllogismus expositorius h3 reduci ad syllogismū
ꝑ regulat̄ per dici de oi. Aut dici de nullo. Sic ꝙ ꝑmisse
in syllogismo expositorio hñt reduci ad vlem affirmati-
uā vel negatiuā: ꝛ sic reducēdo: altera ꝑmissaꝝ erit falsa:
sic arguēdo. qcqd est hic pr̄ generat: eēntia est hic pr̄. igit̄
eēntia generat: maior est falsa: q2 q̄uis cōcedat̄ ꝙ eēntia
sit hic pater idētice: nō tñ conceditur ꝙ essentia generat:
q2 ista ē tm̄ formalis. Quid sit aūt syllogismū regulari ꝑ
dici de oī: vel dici de nullo: vidēdū ē in ꝑmo poꝝ.

Pro declaratiōe ꝑdicatiōis essentialis est
aduertēm̄ ꝙ ꝑdicatio eēn-
tialis est illa in qua denotat̄ cōsubstātialitas ꝛ origo ex-
tremoꝝ ipsius: que cōsubstātialitas nō est nisi identitas
nūeralis nāe ꝛ eēntie: ꝛ cū in duob⁹ suppositis non possit
esse aliq̄ vna suba nūero siue eēntia nisi in diuinis suppo
sitis: quoꝝ vnū originat̄ ab alio: iō ista ꝑdicatio eēntialis
repit̄ tñmō in diuinis: ꝛ ita ista ꝑdicatio est eēntialis: di-
cēdo filius est de eēntia pr̄is. Cuius sensus est fili⁹ origi-
nat̄ a pr̄e: vt cōsubstātialis. ❡ Et q2 ly de. nō tm̄ iportat
habitudinē ꝑncipij originātis: verū etiā cōsubstantiali
tatem ꝑncipij ad ꝑncipiatū. aduertendū ꝙ ly. de. distin-
guitur ab ista ꝓpōne ex. ſm Aug. vt recitat magister in ꝑ-
mo sn̄iarū3. di. 36. Unde ly ex. iportat tm̄ habitudinem
cāe efficiētis: ꝛ nō iportat cōsubstātialitatē cause ad cātū
seu ꝑncipij ad ꝑncipiatū: ly de. iportat vtrūqꝫ vt dictum
est. Et ꝓpterea cōcedit̄ ꝙ creatura est ex deo: ꝛ nō conce
ditur ꝙ sit de deo ſm eundem Augustinū ibide3. Unde
ſm ipm omne quod est de aliquo est ex illo: ꝛ nō ecōtra: ꝛ
hoc capiendo istas ꝓpōnes ſm eaꝝ ꝓpriā significationē:
sed capiendo large ꝛ extensiue istas: vna qñqꝫ pro alia ac
cipitur que due ꝓpositiōes extēsiue accepte non tm̄ ipor
tant habitudinem cause efficiētis: seu ꝑncipij originātis:
verum etiā habitudinē cause mālis: ꝛ quū in diuinis nō
ponat̄ mā nec quasi materia: tñmodo ibi importabunt
habitudinē ꝑncipij originātis: sed vltra hoc ly de. impor-
tat consubstātialitatē quā nō importat ly ex. ❡ Aduer-
tendū ꝙ cōcedit̄ ista ꝓpositio. filius est fili⁹ eēntie in cō-
structione intrāsitiua: vt ly filius. cōstruit̄ cū suo casuali
intrāsitiue sic ꝙ nō denotet̄ aliud per ly filius: ꝛ suū ca-
suale cū quo construit̄: ꝛ tunc est sensus: filius est fili⁹ eēn
tie: hoc est filius est filius qui est essentia: ꝛ nō cōcedit̄ ꝙ
sit essentie filius absolute: q2 tunc notaret̄ ꝙ eēntia esset Aug. 7. de tri. c. 3.
correlatiuū filij: qð est falsū3: q2 eēntia ſm Aug. 7. de tri-
nitate. ca°. 3. ad nihil refert̄: q2 h3 ipse ꝙ si essentia dicere-
tur relatiue ad aliud: iam nō esset essentia. Probat̄ etia3
rōne ꝙ eēntia nō possit referri: q2 oē qð refert̄ ad aliō di-
stinguit̄ realiter ab illo (quū ad relationē realē tria req-
rant̄. v3. extrema realia: realis distinctio extremoꝝ: ꝛ ꝙ
posito vno extremoꝝ ex nā ipsius insurgat habitudo ad
reliquū necessario: vt h3 Sco. in ꝑmo sniarū. dist. 31. q. i.) Sco. i p° di. 31. q. i.
Sed eēntia nō distinguit̄ realiter a filio neqꝫ ab aliqua
diuinarū personarū. igitur non pōt esse correlatiuū filij.
❡ Ulteri⁹ cū generare nō possit cōpetere eēntie abstra-
cte a suppositis. sequit̄ ꝙ nō poterit eē correlatiuū filij.

Pro declaratione vnitatis aduertendum
ꝙ gradus vnitatis per
aggregationem ꝛ totius cōpositi per accidens: differunt:
quonia3 vnum per aggregationem nō ponit ordinē eēn-
tialem inter partes ipsius. Nā ordo inter partes cumuli
vel acerui est ordo situalis: aut ſm sitū: qui ordo est sim-
pliciter accñtalis: ꝛ nō est ordo isurgēs de necessitate ex
natura partiū ordinatarū: q2 illa ps que est prior ſm situ3

poterit esse posterior. Et vlteri⁹ quelibet pars est simplr
in actu: ꝛ vna nō est potētia respectu alteri⁹: sut ēt actus.
Unū āt p acciñs iportat duo. vz. ordinē eēntialē iter par/
tes: qui ordo est ex nā ipsaꝝ partiū: qꝛ subā ex nā sui: ꝛ ne/
7° meta. T. cō. 4. cessario est pot acciñte: ex. 7. meta. t. cō. 4. iportat ēt infor
mationē vnius ptis ad aliā. sic ꝙ vna est actus iformās
aliā vt potētiā ſ; tñ (qꝛ talis actus est accñtalis respectu
illius qd est potētia: qd nō respicit talē actū per se) iō act⁹
ꝛ potētia in istis faciūt vnū per acciñs: ꝛ hoc est qd inquit
Arꝝ. 7. meta. t. cō. 4 z. Ubi hz. ꝙ hō albus: iō est vnum: qꝛ
hoī inest albedo. ¶ Dña etiā est inter vnuz per acciñs: ꝛ
vnū qd est cōpositū per se ꝛ essentiale. Nā tale vnum vl/
tra ordinē essentialē ipsaꝝ partiū: ꝛ vltra hoc ꝙ vnuz est
actus: ꝛ reliquū potētia: addit perseitatē actus: ꝛ pseitatē
potētie: sic ꝙ potētia ipsi⁹ cōpositi per se ꝛ eēntialr respi/
cit suū actū per se: qui est actus subalis. Et vltra hoc tale
vnū per se cōpositū addit tertiā entitatē realr distinctaꝫ
Arist. 8. me. t. c. 15 a partib⁹ cōponētib⁹ simul sumptis: vt est de mēte Arist.
7. meta. tex. c. 15. ¶ Et ēt dña inter vnū per se: ꝛ vnū vni/
tate idētitatis seu simplicitatis: qm̄ tale vnū includit ſm
pfectā idētitatē ꝛ realitatez: quicqd sibi cōpetit: ꝛ in tali
vno nihil hz rōnē potētie respectu alterius: sed oia tran/
seunt in pfectā idētitatē alterius. cuz qua tñ vnitate sim/
plicitatis stat distictio formalis: sic ꝙ ſ; illa q̄ sūt vnū vni
tate simplicitatis sint vnuz realr: nō tñ formalr. Et rō est
qꝛ idētitas realis in tali vno vnitate simplicitatis nō cō/
cludit repugnātiā ex terminis ꝛ ꝯdictionē: quēadmoduz
identitas formalis in tali vno: qd declaraẗ. Nam relatio
tran sit in pfectā identitatē fundamēti: ꝛ idē pōt realr eē
ad se ꝛ ad alterū: ꝛ ita ad se: ꝛ nō ad se. Ad alterū: ꝛ non ad
alterū. Neqꝫ ista sunt formaliter ꝯdictoria: (qꝛ non sunt
ſm idē ꝛ ſm eādē formalitatē: sed q̄tū ad formalitatem
fundamēti: cōpositū ex relatiōe ꝛ fundamento est ad se:
ſm formalitatē relationis est ad alterū: qꝛ cū ista idētita/
te reali saluaẗ rō formalis vtriusqꝫ: ꝛ distinctio vnius ab
altera: sic ꝙ rō relatiōis nō est rō fundamēti.) Sz ꝙ idē
formaliter ꝛ qditatiue sit ad se ꝛ ad alteꝝ hoc iplicat ꝯdi
ctionē qꝛ ſm eandē formalitatē ꝛ rōnē formalē idē esset
ad se ꝛ nō ad se. Et ſm hoc dixit Arꝝ. 4. meta. tex. c. 26. ꝙ
illi q dicebāt oia apparētia esse vera faciebāt oia ad alte/
rum: nō solū idētice ꝛ realiter seu denoiatiue: verū etiaꝫ
formalr: ꝛ ſm suā qditatē: qꝛ vnūqdqꝫ ens ſm suā quidi/
tatē ꝛ nām habuisset relationē ad sensum ꝛ opionē: quia
fuisset tale formalr in se quale appebat sensui ꝛ opinioī.
¶ Ulteri⁹ est dña inter vnitatē vnionis: ꝛ vnitatē iden/
titatis: qm̄ vnitas vniōis semp p̄supponit distinctionem
actualē extremoꝝ siue formalē siue realē. Nā quū vnio
sit relatio actualis p̄supponit extrema in actu: ꝛ quuz sit
relatio realis vel ex nā rei: p̄supponit extrema sic eē disti
cta: qm̄ realitas ꝛ actualitas relatiōis est ex actualitate ꝛ
realitate extremoꝝ. Ex quo seqẗ ꝙ vbi ē tm̄ vnitas vnio
nis excludēs vnitatē idētitatis vnū extremoꝝ nō ē idez
alteri: neqꝫ realiter: neqꝫ formalr: que vnitas vnionis est
in vno per aggregationē: ꝛ in vno cōposito per se: aut per
acciñs. ¶ Ultima vnitas que videẗ esse maxia supra oēs
vnitates p̄dictas est vnitas seu idētitas formalis que sic
Doct. sub. in p° di. 2. q. vlt. circa finē. describiẗ a Doc. subti. in p̄mo sniaꝝ. di. 2. circa finē. Idē/
titas formalis est eoꝝ: quorum vnū includit aliud in sua
rōne formali: ꝛ in p̄mo modo dicendi per se: ꝛ isto mō ſm
Doc. sub. inferius est idem formalr suo superiori ꝛ nō eꝯ.
Qꝛ si bene noteẗ dictū Docto. diffiniētis identitatē for/
malem apparet hoc esse veꝝ qd dictum est: qꝛ dicit. voco
aūt identitatē formalē vbi illud qd est idē includit illud
cui est idē in rōne sua formali: ꝛ per se p̄mo mō: ꝛ ita (quū
inferius includat suū superius: ꝛ nō ecōtra) sequiẗ ꝓpo/
situm. ¶ Et in rei veritate male senserunt sic opinātes ꝛ
attribuentes hāc dementiā Doc. sub. ¶ Qꝛ aūt sit falsuz
ꝙ inferius sit idez superiori declaraẗ: qꝛ certū est ꝙ infe/
rius accidit suo superiori ſm ꝙ cōiter diciẗ: sed illud qd
accidit alicui extraneaẗ a sua rōne formali ꝛ est extra il/
lam. Igiẗ inferius nō est idez suo superiori. ¶ Et confir/
maẗ hoc. qꝛ illud nō est idē sic formaliter alicui qd nō est
de rōne illius: qꝛ ſm Sco. in. 4. di. 12. q. 1. ꝛ in. 7. meta. q. 1. Scot. in 4°. di. 12. q. 1. ꝛ 7° meta. q. 1.
esse idem formaliter alicui est esse de essentia eius. Infe/
rius nō est de essentia superioris sed ecōtra. igiẗ ꝛc. ¶ Qꝛ
si tu dicas ꝙ inferius est de eēntia superioris: qꝛ includit
ipm superius. ¶ Cōtra. qꝛ certū est ꝙ inferius addit ali/
quid ad superi⁹ qd extraneaẗ a rōne formali ipsius. Igiẗ
inferius saltē q̄tū ad illud nō est de rōne supioris. ¶ Et
confirmaẗ. qꝛ qñ aliqd est qddam constitutuz ex aliqui/
bus: quoꝝ vnū est extra aliud formaliter: illud totuz non
est de essentia alterius partis: inferius est hꝫ respectu su/
perioris. igiẗ ꝛc. ¶ Propterea dicendum est ꝙ idētitas
formalis est duplex: quedā est mutua: quedā nō mutua.
Primo mō est iter illa: quorū vnuz identificaẗ alteri for
maliter ꝛ econtra. Sicut est inter hoiem ꝛ aial rōnale. qꝛ
sicut animal rōnale est idez formaliter homini: sicut ecō
tra: ꝛ qdlibz istoꝝ identificaẗ alteri per ꝓpriā identita/
tem formalē sibi formaliter inexistentē. Alio modo capi
tur identitas formalis nō mutua: ꝛ est inter illa: quorum
vnū est idem formalr alteri: qꝛ alterū est idē sibi tali idē/
titate: eo mō quo loquiẗ Arist. 5. meta. ca° de ad aliquid. Ar. 5. me. T. cō. 20.
ꝙ scibile referẗ ad sciam: qꝛ scia referẗ ad scibile. Unde
hz Aristo. hec verba. Scdm numeruz quidē igiẗ ꝛ poten
tiam dicta ad aliqd oia sunt ad aliquid: eo ꝙ ipsuz qd est
alterius: diciẗ ipm qdem sed nō eo ꝙ aliud ad id: mensu/
rabile vero ꝛ scibile ꝛ intellectuale: eo ꝙ aliud ad ipsum
diciẗ: ad aliquid dicunẗ. nam intellectuale aliquid signi/
ficat qd ipsius intellectus est. In qua snia vult Aristo. ꝙ
quecūqꝫ referunẗ ſm numeruz: idest modo vnius ꝛ mul
titudinis: ꝛ quecūqꝫ referunẗ ſm potentiā: hoc est modo
potentie actiue aut passiue: oia sunt ad aliqd eo ꝙ qdlibz
tale inquātū tale est alterius: hoc est dicitur ad alterum.
Ita ꝙ per suam relationez sibi formaliter inexistentem
est alterius hoc est ad alterum diciẗ: sed nō est alterius:
eo ꝙ aliud ad id hoc est non diciẗ ad alterum: qꝛ aliud di
catur ad ipsum: sed ſm se est alterius: ꝛ ad alterum. Op/
positum autez est in mensurabili ꝛ scibili que ſm ipm di
cuntur ad aliud: qꝛ aliud ad qdlibet istoꝝ dicitur: ꝛ est
textus. 20. ꝯmē. 5. metaph. Ex quo possumus elicere istā T. cō. 20.
conclusionem: ꝙ eorum que referunẗ: quedaz referūtur 5° meta.
formaliter: hoc est per relationez formalez sibi formali/
ter inexistentez: quedaz referunẗ tm̄ terminatiue: que. s.
terminant relationem aut dependentiā in alio. Quō di/
cit Aristo. ꝙ scibile referẗ ad scientiaz: quia terminat re/
lationem ꝛ dependentiaz ipsius scientie. Hoc modo etiā
dicit Scotus ꝙ deus refertur ad creaturaz tm̄ termina/
tiue: qꝛ terminat dependentiaz creature sine omni respe
ctu rei ꝛ rationis in ipso: vt habet ipse in p̄mo sentētiaꝝ.
dist. 30. q. 1. Applicando ad ꝓpositūz aliquid est idez for Sco. 1 p° di. 30. q. 1.
maliter alicui tantū terminatiue: ꝛ aliquid est idē forma
liter alicui idētitate formali sibi formalr inexistēte. Pri
mo modo inferius est idem formaliter superiori. Scdo
modo superi⁹ est idē formalr iferiori. Scotus aūt qñ de/
scribit idētitatē formalē dicēdo: voco aūt identitatē for/
malē ꝛc. dicit ꝙ id est idez formaliter alicui. s. terminati/
ue tm̄: qñ includit illud cui est idē terminatiue in sua rōne
formali: ꝛ in p̄mo mō dicēdi p se. Cū qua idētitate forma
li nō mutua stat distictio formalis ex pte illius qd tm̄ di/
citur esse idē terminatiue: ꝛ nō ex parte illius qd est idez

formaliter ꝛ actualiter ex se ꝛ per relationē eiꝰ formalē. ¶ Ex quo sequit̄ q̄ dñie eēntiales ꝛ quecūq; predicata qditatiua ꝑprie dicunt̄ esse idē formal'r ipsis ꝯstitutis: ꝛ nō eꝫ. Cuiꝰ oppositū dicit ꝯpositoꝛ formalitatū. ¶ Aduertendū tñ q̄ identitas formalis capit̄ duobus modis. Unoꝰ ꝑp̄e. alioꝰ īpropꝛie. idētitas formalis ꝑpꝛie sumpta est īter illa: quoꝝ vnū est de cōceptu formali alteriꝰ: ꝛ in ipso īcludit̄ ꝑ se in ꝑ mō. Idētitas formalis large ꝛ īpropꝛie sumpta est īter illa q̄ cōueniūt in aliq̄ qditate ꝛ formalitate: que idētitas potius dr̄ in formalitate ꝛ qditate q̄ꝫ denominet̄ formalis aut qditatiua. Pꝛio mō sumēdo idētitatē soꝛ. ꝛ Plato nō sūt idē formal'r: q2 vnuꝫ nō ē de ꝯceptu formali alterius. 2ꝰ mō pñt dici esse ideꝫ formaliter: q2 sunt idem in formalitate ꝛ qditatiue specifica.

Alterius notandū est pro intellectu: q̄uo suba nō includit̄ qditatiue in accñte: suba nō est idē formaliter accñti: q2 accñs diffinit̄ per subaꝫ ex additiōe: vt vult Ar. 7. meta. t. cō. 17. ꝛ. 19. Unde ꝑ tāto aliqd dicit̄ additū alteri: pro q̄ꝫto extraneat̄ a rōne eius formali: ꝛ ita q̄uū suba sit extra rōnē formaleꝫ accñtis cadit in diffinitionē eius: vt additū: ꝛ ita dupl'r suba dicit̄ additū accidenti. Tum q2 nō est de intellectu eius. Tum q2 nō facit vnū per se cū illo: sed vnuꝫ per accñs: ꝛ hoc q2 suba nō est per se potētia respectu accidētis: nec accñs est per se actus respectu sube: sed soluꝫ actus substātialis determinat̄ ad subaꝫ: sicut ad per se potentiā. ¶ Et si tu dicas q̄ accñtia nō sunt entia: nisi q2 entis: ex. 7. meta. tex. c. 2. Ex quo inferatur q̄ substātia sit causa formalis quiditatiua ipsius accidentis. ¶ Respondet̄ q̄ ly quia. est nota causalitatis efficientis ꝛ nō alicuius cause formalis. Unde vniuersaliter qōlibet causatuꝫ est illud qō est: quia est a sua causa: non tamen sequit̄ q̄ illa causa dicatur esse ratio formalis intrinseca essendi ipsi causato: aut etiam ordo ꝛ habitudo ad talem causam.

T. cō. 17. ꝛ. 19. 7ꝰ meta.

7ꝰ meta. T. cō. 2.

Pro intelligētia q̄uo itellectꝰ ꝛ voluntas nō sunt attributa: est aduertēdum q̄ sicut rōnalitas ꝛ intellectualitas est de rōne qditatiua hoīs: vel saltē non est extra rōnē formalē eius qditatiuam: sic itellectualitas nō est extra rōnem formaleꝫ essentie diuine: ita q̄ si ipsa diffiniret̄ itellectus caderet in diffinitiōe eius: ꝛ hoc vult Doc. subti. in quolibet. q. i. ꝛ in ꝑmo sniaꝝ. di. 26. Qō dictū est de itellectu seu de rōne itellectuali: dicendū est de rōne volitiui que rōnes ad se inuicem sequunt̄: ꝛ ita itellectus ꝛ volūtas nō dñr ꝑprie attributa in diuinis: q2 nō sic distinguunt̄ formaliter ab essentia diuina: quēadmoduꝫ vnitas: veritas: ꝛ bonitas: sapientia: ꝛ hm̄: que propꝛie vident̄ esse predicata q̄litatiua essentie diuine ꝛ in nobis ꝑdicant̄ vt passiones.

Doc. sub. qlꝫ. q. i. ꝛ i ꝑꝰ di. 26

Pro declaratiōe q̄uo formalitas dicatur a forma: lꝫ superius aliqualiter dictū sit: est aduertendū q̄ formalitas si dicit̄ a forma: nō dicit̄ a forma partis: sed a forma totius: qua aliqd hꝫ esse quiditatiue: talis aūt forma quedā est ratio ꝛ ꝑncipium formale quo aliquid est adequate seu hꝫ esse qditatiuum totale: quedam vero est ꝑncipium formale partiale quo res habet esse quiditatiuuꝫ partialiter. Exēplū ꝑmi. conceptus formalis diffinitionis: sicut gratia exempli: animal rationale respectu hominis est ꝑncipiuꝫ quo adequate homo est hō: pars tamē diffinitionis: sicuti est aial: aut rōnale est illud quo partialiter homo est hō: seu habet esse quiditatiuuꝫ partiale: hoc declarat̄ ex sententia Arist. 7. metaph. tex. cōmē. 33. Ubi vult q̄ ratio: idest diffinitio hꝫ partes: ꝛ sicut tota ratio se habet ad totā rē: sic partes rationis ad partes rei. Diffinitio autē est quiditas adequata diffiniti vel importat taleꝫ quiditatē adequate. Formalitas igitur sumitur vel a forma declarāte totā quiditatē rei adequate: vel partialiter.

Ar. 7. me. T. cō. 33.

Pro declaratiōe q̄uo ista cōsequentia non valꝫ A. ꝛ B. sūt plura eēntialia. igitur A. ꝛ B. sunt plures essentie: adducit auctoꝛ formalitatuꝫ q̄ ad plurificationē consequētis in aliqua cōsequentia bona ꝛ formali nō sequit̄ plurificatio antecedentis: ꝛ adducit exemplū. Uidelꝫ ista ꝯsequentia est bona: soꝛ. est sciens. ergo habet scientiā: non tamē sequit̄ soꝛ. habet plures scientias. ergo est plures sciētes. A simili ista cōsequentia est bona: hoc habet essentiam. ergo est essentiale. Sed nō valet a plurificatione cōsequentis ad plurificationeꝫ antecedentis. Uidelꝫ. A. ꝛ B. sunt plura essentialia. igitur plures essentie. ¶ Sed cōtra istam declarationem instatur: quoniā nō arguitur a simili in ista consequentia secūda. videlꝫ in ista. soꝛ. est sciens. ergo hꝫ scientiam: q2 in ista arguitur a concreto ad abstractuꝫ: ꝛ ab effectu formali ad cām formaleꝫ. Et in ꝑma: videlicet in ista A. habet essentiā. ergo est essentiale arguit̄ ab abstracto ad concretū: ꝛ a causa formali ad effectuꝫ formalem. Similiter in secūda. Arguit̄ a posteriori ad prius: ꝛ in ꝑma ecōuerso. Unde in scda arguitur ab hoc cōcreto qō est sciens ad ipam scientiā. Concretuꝫ aūt significans formā se habet vt posterius respectu forme. In ꝑma aūt cōsequentia arguit̄ ab essentia ad essentiale: qō est posterius essentia. ¶ Ideo aliter dicendū est ad ꝑmā cōsequētiam q̄ ipsa nō tenet. videlicet a plurificatione cōsequētis ad plurificationem antecedētis per hoc mediuꝫ: quia consequens est posterius antecedente: modo plurificato posteriori non plurificatur prius: seu non est necesse ipm plurificari: q2 stante vnitate in priori potest esse pluralitas in posteriori: sicut apparet in multis. s. in substātia in accidēte: ī causa ꝛ causato in vniuersali ꝛ particulari: vbi stāte vnitate cōmunis ꝛ vniuersalis: plurificant̄ species ꝛ particularia. Quū igitur essentia sit prioꝛ eo qō dicitur essentiale non solū in inferendo: verū ēt in essendo. (Intelligendo essentiale in diuinis esse illud qō imitat̄ essentiam diuinā in modo eēndi ꝛ ꝑdicandi: vt declarat Sco. in quolibet. q. i.) Sequit̄ q̄ si plurificent̄ eēntialia in diuinis cum tali pluralitate stabit vnitas eēntie diuine. Et ita nō valet plura essentialia. ergo plures essentie.

Scot. in qlꝫ. q. i.

Pro secunda consequentia: notandū est q̄ cōcretum denominatiuuꝫ significans formam accidentalem significat ipam formā cōnotando suppositū qō hꝫ ipsam formam: qō suppositū est prius forma: ꝛ tale concretū denominatiū: nunq̄ꝫ dicitur plurificari ad plurificationē forme accidētalis: nisi ratio suppositi plurificet̄: sicut in exēplo de hñte plures scientias: nō dicit̄ plures scientes: lꝫ habeat plures scientias: ꝛ hoc q2 cū tali pluralitate formarū accñtaliū stat vnitas suppositi habētis formas: ꝛ ita ꝯñtia nō valet a plurificatiōe forme ad plurificationē concreti iportātis formā: ꝛ cōnotātis suppositū. Unde arguēdo a cōcreto denoīatiuo ad ipaꝫ formā denominantē: lꝫ arguat̄ a posteriori ad ꝑus q̄ꝫtū ad formale significatū cōcreti denoīatiui: tamē q̄ꝫtū ad cōnotatū ipsiꝰ cōcreti: arguit̄ a priori ad posteriꝰ: ꝛ ita ex duplici medio negat̄ scda ꝯñtia. Tum ex rōne dicta q̄ concretū importās formā: ꝛ suppositū nō plurificatur ad plurificationē forme: nisi ratio suppositi plurificetur. Tum etiā q2 plurificato posteriori: nō est necesse ipꝫ ꝑus plurificari. Prima regula habet̄ a doctore subtili in quolibet. q. ii. Scda regula habet̄ in tertio sniaruꝫ. di. 8. q. vnica: ꝛ pro parte. q. 2. ꝛc̄. doct. sub. qlꝫ. q. xi.

Aduertenduꝫ pro declaratiōe distinctiōis iter eēntiā ꝛ relationes ꝑsonales: q̄

non predicat per modū potentie:sed per modū actus qḋ est predicari in quale. Et sic habet ordo istoꝝ.

**Pro declaratiõe** descriptiõis formalitatis. Notandū est ꝙ rõ capitur duob⁹ modis. Uno⁹ ꝑ rõne formali: vel ꝑ eo qḋ est formaliter rõ. Alio⁹ ꝑ rõne obiectiua seu obiectali qḋ idē ē. Rõ formalr̄ sūpta:q̄dā est act⁹ pm⁹:q̄dā act⁹ scḋs. Act⁹ pmus:sicuti est intellect⁹:q est potentia rõcinatiua circa vlia. Siīr cogitatiua q̄ est q̄dā rõ formalis:ꝛ act⁹ pm⁹ rõcinatiu⁹ circa singlaria:vt ē de mēte Cōmē.ꝛ alioꝝ. Rõ formal ꝑ actu 2ᵒ est ipe discursus:ꝛ opatio itellect⁹ seu alterius potētie rõcinatiue. Rõ vero obiectalis nō est nisi ipm obm qḋ obycit potētie rõcinatiue: ꝛ attingit ꝑ actū ipsius:q̄ ergo formalitas est obm intellect⁹ qḋ attingit per actū ipsi⁹:appellat rõ obiectalis:seu obiectiua. Et breuiter oē cõceptibile ab intellectu pōt dici rõ obiectiua.

**Secundo** pōnit in diffõne formalitatis cõprehēsa in re ꝛ ex nā rei. Notādū est ꝙ aliqd est cōprehensibile seu intelligibile ex se ꝛ ex nā sui:aliqd vero est intelligibile cāliter ꝛ effectiue ab actu intelligēdi itellectus. Illud est cōprehēsibile ex se ꝛ ex nā sui qḋ h₃ esse reale nō depēdēs ab actu itelligēdi in eē ꝛ in cõseruari: sicut sūt oia entia realia ext̄ra aiās. S₃ aliqd est cōprehēsibile causalr ab intellectu:q ꝑducit in esse ab actu itelligēdi ꝛ depēdet ab ipso in esse ꝛ in cõseruari. Et sicut h₃ entitatē ꝛ esse ꝑ actū itelligēdi:ita h₃ suā cōprehēsibilitatē:ꝛ nō dnr ex se ꝯprehēsibilia:sed ex alio.s.ab itellectu: h descrībit formalitas respcū eoꝝ q̄ hñt esse ꝛ itelligibilitatē ex nā rei ꝛ nō eoꝝ q̄ sic ꝺpēdēt ab itellectu vt dcm est:sic sūt itētões scḋe ꝛ entia rõnis:q̄ tādiu hñt eē ꝛ itelligibilitatē q̄diu itelligunt ab itellu in itētiōib⁹ pmis:quo actu itelligēdi cessante:cessat eē istaꝝ itetionū scḋaꝝ.

**Tertio** addit in descriptiõe formalitatis. quā non os. Pro euidentia hui⁹ est notandu₃ ꝙ due sunt rōnes obiectales cōcurrētes in obto alicui⁹ potētie quarū vna est rō mouēdi.alia est rō terminādi actū ipsi⁹ potētie. Et hoc pōt colligi de mente Ar.3.de aia. vbi dr̄ ꝙ obm ad potētiā se h₃ vt motiuū ad mobile:vel vt terminatiuū ad terminabile. Rō mouēdi cōpetit obto pro q̄to mouet ip₃:ꝛ ei iprimit aliquā formā. vnde qḋcūq₃ obm causet in potētia aliquā spēm ipsi⁹ aut aliquē actū: illud obiectū mouet potentiā. Rō terminādi ꝯpetit obiecto ꝑ q̄to est illud circa qḋ versat opatio potētie: vel sub alys verbis:pro q̄to potētia tendit in ipm obm ꝛ h₃ ad ipm respectū tendētie ꝛ attingētie:vt in terminū. Prima rō nō est eēntialis obiecto. Tū q̄ nō cōpetit oib⁹ obiectis:sunt eni multe potētie simplr̄ actiue respectu obieꝯoꝝ a q̄bus nullo mō ipse potētie patiunt:aut aliqd recipiūt:sicut nutritiua ꝛ augmētatiua respectu alimēti. Tū etiā q̄ relatiōes sunt obiecta:ꝛ tñ nihil causant in itellectu:neq₃ spēm intelligibilē:neq₃ actū itelligēdi: ꝛ hoc ꝑꝑ minimā entitatē ipsaꝝ. Tum ēt q̄ rō mouendi pōt cōpetere aly ab eo qḋ est obm potentie. Ut si de⁹ infunderet alicui intellectui geometriā ꝛ habitus ei⁹:de⁹ moueret intellectū recipiētē talē habitū:ꝛ tñ deus nō eēt obiectū geometricū cognitū ꝛ intellectū per talē habitū infusū. Ex quo sequit ꝙ rō mouendi est accñtalis obiecto. Rō vero terminādi est sibi eēntialis:q̄ nihil est obm potentie circa qḋ nō versat opatio potētie: ꝛ in qḋ potētia non tēdat vt in terminū. Ex quib⁹ oībus cōcludit:ꝙ formalitas est illud qḋ pōt ꝑ se terminare actū itelligēdi: ꝛ nō os ꝙ moueat itellectū. Appet q̄ descriptio formalitatis ꝛc.

¶ Ulterius est aduertēdu₃ ꝙ nōnulli Scotiste ponunt modos itrinsecos hr̄e formalitatē: vt dicit Auctor istarū formalitatū:qḋ nō est bñ dictū:neq₃ ad mētē docto.sub. Or formalitas ēt large accepta est rō ꝑ se cõceptibilis ab intellectu sic:ꝙ ex se pōt terminare actū itelligēdi. Mō gradus intrinsec⁹ q̄ditatis non est ꝑ se ꝯceptibilis sine q̄ditate cuius est gradus:q̄ vt sic:nō h₃ formalitatē. Exēplum hui⁹:nō pōt itellect⁹ ferri ꝛ terminari ad intensionem albedinis:quin terminet ad ipam albedine₃: ꝛ hoc est qḋ dicūt nōnulli diffinientes modū intrinsecū dicentes:ꝙ modus est q nō h₃ cōceptū precisu₃ a formalitate cuius est modus:ꝛ est incōceptibilis per se. Dicamus igr̄ ꝙ formalitas cōpetit oibus entib⁹ per se: ꝛ distincte ꝯceptibilibus:ꝛ nō illis que sunt cū alio cōceptibilia.

**Pro declaratiõe** q̄uo formalitas fm aliq̄s Scotistas sic cõis ad realitatē ꝛ ad q̄ditatē:est aduertendū ꝙ eo mō quo distinguitur res:eo mō distinguit realitas:ꝛ hoc de mēte Doc.sub tilis in.4.dist.46.q.3.vbi h₃ ꝙ nō ops exponere res per realitates vel formalitates:q̄ eadē est distictio rei ꝛ rei: realitatis vel realitatis:formalitatis vl̄ formalitatis:hec ipse. Res igit quedā est eēntie:quedā exñtie:sic realitas: Quedā est realitas eēntie:quedā exñtie. Prima realitas appellat obiectiua: scḋa appellat subiectiua. Pria ideo dr̄ obiectiua:q̄ pōt esse obm itellectus:ꝛ ideo eo mō quo aliqua res pōt esse ob₃ intellect⁹ ꝛ itelligi:eo mō iportat realitatē obiectiuā:ita ꝙ si est ꝑ se obm itellect⁹:ꝛ per se intelligit ꝛ nō ꝑ accñs:ꝛ cū alio:seu solū pōt sic intelligi: sic per se iportat realitatē obiectiuā. S₃ realitas subiectiua iō dr̄ subiectiua:q̄ subycit q̄ditati ꝛ nāe q̄ditatiue:et quū singulare vt singulare est:sic subiectū q̄ditatis:ideo appellat res vel realitas subiectiua. Ex hoc cōcludūt multi fm istos scotizātes(cuꝫ quib⁹ ego nō cōuenio)ꝙ formalitas est cōis ad realitatē obiectiuā:ꝛ q̄ditatē:volētes ipi ꝙ realitas obiectiua est qcqd pōt distincte cōcipi ꝛ itelligi sine alio cui cōpetit aliq̄ vnitas ex nā rei. Formalitas aūt cōpetit cuicūq₃ qḋ h₃ eē ex nā rei extra nihil: siue sit ꝯceptibile per se:siue cū alio:ꝛ isto mō dicerēt ꝙ modus itrinsecus hr̄et formalitatē:q̄ est ꝯceptibilis cū alio:sed nō iportaret realitate₃:q̄ nō posset ꝑ se sine alio mouere itellectū:aut terminare actū intelligēdi. Ego aūt teneo cū Doc.subtili dico:modos itrinsecos nō hr̄e aliquā formalitatē:sed coincidūt in eundē cōceptū formalē rei cuius sunt modi itrinseci:ita ꝙ sicut nō hñt realitatem ꝛ q̄ditatē ꝑter realitatē ꝛ q̄ditate₃ rei quā insequunt:sic ēt nō hñt formalitatē aliaꝫ a formalitate rei:ꝛ ita dico:ꝙ illud h₃ ꝓpriā formalitatem qḋ est per se cōceptibile sine alio:vel qḋ idē est:qḋ pōt per se terminare actū itelligēdi absq₃ hoc ꝙ aliud terminet. ¶ Aduertēdū scḋo ꝙ formalitas ē cōior realitate obiectiua. Pro quo est notādū ꝙ realitas obiectiua capit duobus modis: vno mō:ꝑ oi ente positiuo qḋ h₃ eē ex natura rei: sic ꝙ nō depēdet ab actu intelligēdi in fieri ꝛ in ꝯseruari: neq₃ ab aliquo actu collatiuo ipsius itellect⁹:ꝛ isto mō nō solū res extra itellectū oio in effectu ꝛ in re dicunt esse realitates obiectiue:vez ēt oēs quiditates ꝑdicamētoꝝ que sūt abstracte a singularibus in intellectu obiectiue repñtate ꝑ aliquā vnā spēm repñtantē:dicunt sic realitates obiectiue:quia iste q̄ditates in tali esse sunt aū actū itelligēdi vt repñtantur per spēs:ꝛ nō depēdent ab ipso actu itelligendi in tali esse in fieri aut in cõseruari: imo causant actū itelligendi iste q̄ditates in tali esse:q̄ obm intelligibile pñs in specie itelligibili causat actū itelligēdi: ꝛ hoc est qḋ dicit Ar.3. de aia.ꝙ obm in aia obiectiue ꝛ repñtatiue: reducit itellectū de potentia essentiali ad potentiā accñtalē.vñ tex. cōmē.60.inquit hec.s.vniuersalia in ipso quodāmō sunt aia.vnde in ipsa est intelligere cū velit. Or aūt sic reducit est cā actus ꝛ operatiōis ꝓueniētis a tali potētia. Ex quo

Margin notes: 3ᵒ de aia. T.c.54. — Doc. sub. i. 4. dist. 46.q.3. — Ar.3. de aia. t.cō. 60.

nos habemus q̄ iste quiditates sunt cause actus itelligēdi in tali esse: ꝛ ꝓcedunt ipm actū ordine nāe in isto esse:

Scot. pͣ ꝓpositōe theoreᷓ tum. ꝛ hoc est qd̄ hꝫ Sco. in pma ꝓpōne Theorematū. Intelligibile nā ꝓcedit itellectionē. Alio᷒ realitas obiectiua capiꝭ ꝓprie ꝛ stricte ꝑ oī ente positiuo: qd̄ est extra intellectū oino in effectu ꝛ in re. Cui corrñdet ad extra aliq̄ vnitas ex nā rei circūscripto oī actu itellectus ꝛ abstractiuo: ꝛ intellectiuo: qd̄ sic est extra: q̄ pōt ꝑ se terminare actuꝫ itelligēdi: circūscripto quocūqꝫ alio: ꝛ isto modo nos dicimus q̄ .x. genera gnālissima: ꝛ quecūqꝫ sūt in recta linea ꝓdicamētali dr̄ie vltime: vel etiā nō vltime: siue specifice: siue indiuiduales: ipoꝛtāt aliquā realitatē obiectiuaꝫ. Silr ꝓprie passiōes specifice: seu ꝓdicamētales: sic iportant talē realitatē obiectiuā: q2 oībus istis corrñdet aliq̄ vnitas ex nā rei extra intellectū oio: ꝛ isto modo capiēdo realitatē: formalitas q̄ dr̄ rō per se cōceptibilis ab intellectu: est cōioꝛ realitate obiectiua: q2 illa dicit tā de his q̄ sunt in ꝓdicamēto: q̄ꝫ de his q̄ sunt extra gen⁹ ꝛ sunt trāscendētia: sicuti ens: vnū: vex: bonū ꝛc̄. de q̄bus tn̄ nō dr̄ realitas obiectiua: q2 nulli enti qd̄ est indifferēs ad finitū ꝛ infinitū: seu (qd̄ ideꝫ est) qd̄ reperiꝭ in deo: ꝛ creatura: corrñdet vnitas ex nā rei in rōne sua ꝯceptibili ex̄ intellectū oio. Igiꝭ si rō ꝯceptibilis entis vt est indifferēs ad deū: ꝛ creaturā ad finitū ꝛ infinitū: hꝫ aliquā vnitateꝫ ex nā rei: illa nō est extra itellm̄ oio: sed solū ꝯpetit enti per actū itellect⁹ abstrahētis talē rōnem a suis inferiorib⁹: q̄ rō (quū ꝓus abstrahaꝭ ab itellectu agēte per aliqd̄ repñtatiuū ipsi⁹: q̄ꝫ intelligaꝭ ab intellectu possibili) hꝫ vnitateꝫ aliquā ex nā rei: q2 ante actū itelligēdi. Sed tn̄ nō ex̄ intellectū oio: q2 hꝫ eē talis rō in itellectu obiectiue ꝛ repñsentatiue. ¶ Ex hoc cōcludunꭞ duo correlaria. pmū q̄ capiēdo realitatē obiectiuā large: oīs formalitas est realitas obiectiua ad itentionē istaꝫ quā posui. 2ᵐ correlariū est: q̄ capiēdo realitatē obiectiuam stricte: nō oīs formalitas est realitas obiectiua: etiā dato q̄ talis formalitas sit rō per se ꝯceptibilis sine quocūqꝫ alio. hoc vltimū correlariū ꝓbaꭞ. q2 certū ē q̄ ens ꝛ oīa trāscēdē⁹ hn̄t talē formalitatē ꝑter modos itrīsecos: ꝛ tn̄ nō hn̄t aliq̄ꝫ realitatē obiectiuā isto mō sūptā.

Pro euidētia quō realitas obiectiua sit cōioꝛ q̄ditate. Est aduertēᵐ q̄ illud ꝓpe ē q̄ditas: qd̄ ꝑtinet ad q̄ditatē aliquā: vel de q̄ aliq̄d ꝓdicaꭞ q̄ditatiue: sꝫ ita quū passiōes specifice neqꝫ ꝑtineāt ad q̄ditatē: neqꝫ includāt aliq̄d quiditatiue: nō iportant quiditatē: ꝛ tn̄ important realitatē obiectiuā: vt est euidens ex dictis.

Pro euidentia tn̄ huius: quō aliquid ꝑtineat ad quiditatē est aduertendū: q̄ aliquid ꝑtinet ad quiditatē cōstitutiue qd̄ non ꝑtinet ad quiditatē predicatiue. Exēpli gr̄a. Dr̄ia specifica cōstituit quiditatē: ꝛ tn̄ nō ꝓdicaꭞ in quid. Nā predicari in q̄d est ꝓdicari essentiā per modū eētie: aut per modū per se stantis: sed dr̄ia specifica nō ꝓdicaꭞ per modū per se stantis: sed ꝑ modū forme informātis ꝛ denoīantis. q̄ nō predicaꭞ in quid. Et q2 actus eētialis rei diciꭞ esse q̄dā q̄litas ad modū loquēdi Ar. 5. mete. ca° de quali: ideo dr̄ia

Ar. 5. me. T. cō. 19. specifica ꝓdicaꭞ in quale: ꝛ ita lꝫ cōstituat quiditatē: non tn̄ predicaꭞ per modū q̄ditatis. Unde possum⁹ dicere q̄ ꝓdicat quiditatē q̄ntū ad rē ꝓdicatā ꝛ iportatā per ipsam: nō aūt q̄ntū ad modū predicādi. tum q2 nō ꝓdicaꭞ ꝑ modum potētie seu determinabilis. tum q2 nō predicaꭞ per modū ꝑ se stātis: sed per modū act⁹ ꝛ forme informātis: seu alteri adiacētis. Ex quo apparet q̄ aliq̄d est quiditatiuum cōstitutiue qd̄ nō est ꝓdicatiue q̄ditatiuū.

Pro intelligentia quō spēs spālissima dicit totā essentiā indiuiduorum. Est aduertendū q̄ essentia vno mō capiꭞ pro eē q̄ditatiuo: alio mō pro eo quo aliq̄d hꝫ per se esse: ꝛ vnuꝫ esse per se: si capiaꭞ essentia pmo mō: sic spēs spālissima dicit totū esse quiditatiuū indiuiduox: q2 tale eē quiditatiuū est illud cui nō repugnat plurib⁹ cōicari: q̄cq̄d aūt addit indiuiduū supra spēm: ei repugnat pluribus cōicari. ergo nō importat aliquā quiditatē supra spēꝫ. Si vero capiaꭞ essentia scd̄o mō (quum indiuiduū addat supra spēꝫ differentiā indiuidualē que facit vnū per se cū natura specifica) sequiꭞ q̄ tota eētia resultans ex nā specifica ꝛ tali differētia: nō importaꭞ per ipsaꝫ spēm specialissimā.

Pro intelligentia idētitatis ex nā rei ē aduertēdū q̄ extrema isti⁹ ꝓpōnis hō est hō: nullā distinctioneꝫ possunt hr̄e secluso omni actu collatiuo intellectus: q2 si quā distinctionē habent: hn̄t ꝓcise in ratiōe subiecti ꝛ ꝓdicati: q2 hō vt subiectū differt ab hoīe vt ꝓdicatū. Ratio aūt subiecti ꝛ ꝓdicati (quū sint intētiōes scd̄e q̄ cāꭞ ꝑ actū collatiuū itellectus cōparātis vnā pmā intētionē vt ꝯsideratā ꝛ intellectā ad aliā pmā intētionē vt intellectā) distinguunꭞ sm̄ rōnē. Ex quo sequiꭞ q̄ nulla distinctio fundabiꭞ in istis extremis: nisi virtute itellect⁹ ꝯsiderātis ꝛ ꝯparātis vnū ad reliquū: ꝛ ita erit tantū distinctio rōnis ꝛc̄.

Pro declaratiōe quō diffō ꝛ diffinitū distiguanꭞ ex nā rei. Est aduertendū q̄ diffinitio ꝛ diffinitū possunt capi vel ꝑ eo qd̄ significant: vel pro eo qd̄ denomināt. Si pmo mō sic diffō ꝛ diffinitū iportant tm̄ intentiōes scd̄as: ꝛ inter ista vt sic nō pōt fundari aliqua distictio: nisi rōnis. Si capianꭞ 2° mō: important ꝯcept⁹ significātes vel significatos q̄ sūt pme intentiōes. ¶ Et inter istos ꝯceptus de necessitate fundaꭞ distinctio aliqua ex nā rei: qd̄ declaratur ex pmo poste. qd̄ q̄d est alterius extremi est mediū in demōstratione potissima. Igiꭞ altera premissax non differt a ꝯne: nisi sicut diffō a diffinito: vt pꝫ discurrēdo in multis. Sꝫ ꝓmissa est ꝑ se nota ꝛ euidēs itellectui: cōclusio aūt ē demōstrata: ꝛ nō ꝑ se nota: q̄ aliqua nō idētitas ꝛ distictio ē inter illud qd̄ iportaꭞ ꝑ diffōnē: ꝛ illud qd̄ iportaꭞ ꝑ diffinitū. Alioquin idē oio ꝛ ex nā rei esset per se notuꝫ ꝛ euidens: ꝛ ēt nō per se notū: sed demr̄atū: qd̄ ē ꝯdictio. ¶ Et cōfirmaꭞ hoc: q2 tūc in demōstratione esset petitio pncipy: q2 eque notū per eque notū: aut incognituꝫ per eque incognitū demōstrareꭞ. ¶ Itē sequiꭞ q̄ in demōstratione eēnt tm̄ duo termini. vꝫ. terminus subiecti: ꝛ termin⁹ passiōis: ex quo diffinitio ꝛ diffinitū essent oino idē ex nā rei. ¶ Cōfirmaꭞ hoc per Ar. pmo phys. in ꝓhemio: sustinent hoc idem nōīa ad diffinitionē: qd̄ totū ad partes: q2 Ar. pᵒ physicox T. cō. 5. sicut partes iportant distincte: quicq̄d importat totū cōfuse: sic diffinitio iportat eandē quiditateꝫ distincte: quā diffinitū iportat cōfuse. Igiꭞ conceptus diffiniti ꝛ diffinitionis nō sunt oio idem: ꝛ intelligo per cōceptus: cōcept⁹ obiectiuos: hoc est ipsa vlīa cōceptibilia ꝛc̄.

Pro intelligētia quō totū cōpositū distiguitur ex nā rei a suis partib⁹. Est aduertendū q̄ triplex est cōpositū: qd̄dā est ꝯpositū cōpositione logica: qd̄dā cōpositione physica: ꝛ qd̄daꝫ cōpositione metaphysica. Primo mō species: sumēdo spēꝫ formaliter ꝛ logice. s. pro intentione pma: vt hꝫ habitudinem ad istam intentionē scd̄am que est species: est cōposita ex genere ꝛ differentia. Scd̄o modo homo ꝛ qd̄libet cōpositū essentiale cōponiꭞ physice ex materia ꝛ forma: vt ista sunt partes essentiales intrinsece. Tertio mō totū cōpositum cōpositione ex actu ꝛ potētia: seu ex realitate actuali ꝛ realitate potētiali. ¶ Primo mō inter totum ꝛ partes cōponentes est distinctio rōnis: q2 hō nō hꝫ rōneꝫ

specieī ꝗ̄tum ad intentionē scōam ipsius: nisi per cōside
rationē intellectus. Et sīlr partes nō cōponūt in rōne ge-
neris ⁊ dr̄ie: nisi per ꝯsiderationē. ergo ois distinctio que
fundabit̄ inter ista: erit distinctio rōnis. ¶ Loquēdo de
scōo cōposito: nō tñ inter totum ⁊ partes cōponētes fun
datur distinctio ex natura rei: que dicit̄ media iter distin
ctionē rōnis ⁊ realem: veꝝ etiā fundat̄ distinctio realis.
¶ Pro quo est notandū ꝙ ex alio est ꝙ inter aliqua sit
distinctio ex natura rei: ⁊ ex alio ꝙ inter illa sit distictio
realis. Distinctio ex natura rei precise attendit̄ penes h̄:
ꝙ extrema distinctionis sunt fundamēta cōtradictiōis:
aut ꝙ de ipsis possunt verificari duo cōtradictoria: circū
scripto omni ope intellectus. Sed distinctio realis attē-
dit̄ penes hoc: ꝙ extrema se hn̄t sicut res ⁊ res existētie
vel subsistētie: vt declarabit̄ iferius. Et qr totū eēntiale:
⁊ partes eēntiales q̄ sunt materia ⁊ forma possunt eē fun
damēta ꝯtradictionis: ⁊ de ipsis nata sunt verificari ꝯdi
ctoria: circūscripto oi ope intellectus (hoc est ꝙ tali ope
circūscripto habēt talē aptitudinē vt de ipsis possint ta-
lia ꝯtradictoria verificari) ex hoc precise hn̄t ista extre-
ma: ꝙ distiguant̄ ex natura rei. Pro ꝗ̄to vero ista eadē
extrema se hn̄t sicut res ⁊ res modo p̄dicto: distinguunt̄
realiter. Qđ melius inferius declarabit̄. ¶ Sed capien
do tertiū cōpositū qđ est metaphy. totū ⁊ partes cōponē
tes distinguunt̄ solū ex natura rei: ⁊ hoc fm̄ viaȝ Docto.
subtilis. (Quicqd dicat Burleus ꝙ hō distinguat̄ reali-
ter a sorte.) ¶ Hoc assumptū p̄bat̄. qr certuȝ est ꝙ aial
⁊ rōnale cōponunt hoiem: cōpositiōe metaphysica: ⁊ ani-
mal ⁊ rōnale sunt idē realiter homini. ergo hic nō potest
fundari distinctio realis. Silr si capiat̄ aial pro realitate
potentiali ⁊ ꝯhibili: ⁊ rōnale pro realitate ꝯtrahente que
ambe realitates sunt rōnalitas ⁊ aialitas: quū iste quidi-
tatiue ⁊ in p̄mo modo includant̄ in homie: nō distinguū
tur realiter ab ipso: ꝗ̄uis forte illa a quib⁹ accipiunt̄ iste
quiditates seu realitates quiditatiue. s. aia sensitiua ⁊ aia
intellectiua: distinguant̄ realiter ab hoie. Aialitas eni su
mit̄ ab aia sensitiua: ⁊ rōnalitas ab aia intellectiua. Stat
eniȝ ꝙ ipse res a quib⁹ accipiunt̄ isti cōceptus formales
⁊ obiectiui. videlȝ aialitatis ⁊ rōnalitatis: distinguantur
realiter a toto: ⁊ ꝯcept⁹ obiectiui nō sic distinguant̄ reali
ter: sed solū ex natura rei ⁊c. ¶ Sed hic insurgit vna dif
Auer. 7° me. c. 20. ficultas: quā hȝ Auer. in. 7. meta. Cōmen. 20. vbi habȝ: ꝙ
Sor. nihil aliud est ꝗ̄ aialitas ⁊ rōnalitas. ergo nulla di-
stinctio poterit fundari inter totū metaphysicū ⁊ partes
eius cōponentes. ¶ Ad hoc rñdet̄: ꝙ hȝ intelligi dictuȝ
suum: ꝙ Sor. nihil aliud est ⁊c. integratiue ⁊ constituti-
ue: qr quū partes constituant adequate ipm̄ totuȝ: ⁊ inte
grent: ipm̄ totum nō est aliud a partibus cōstitutiue: hoc
est ab ipsis adequate cōstituit̄. Sed p̄pter hoc nō vult
ꝙ Sor. non sit aliquid aliud formaliter ⁊ ex natura rei a
partibus cōstituentibus: ⁊ ista responsio est si ipse teneat
totū dicere tertiā entitatē distinctā a suis partibus. Sed
tenēdo oppositū (vt videt̄ esse de mēte ipsius p̄mo phy.
Auer. p° phy. c. 17. sicorum. Cōmen. 17. ꝙ licet totū sit aliud a parte seorsuȝ
sumpta: nō tamē ab omnibus simul sumptis: quāuis ibi
exponat̄ ꝙ intelligit de toto integrali ⁊ ꝗ̄titatiuo:) tunc
dicendū est ꝙ in. 7. metaphysice loquitur cōformiter ad
p̄ncipia sua: sed qr nos tenemus oppositū. s. ꝙ totuȝ dicit
tertiā entitatem distinctaȝ a partib⁹ simul sumptis: ideo
in hoc est negandus: qr ex principijs oppositis sequūtur
opposite conclusiones ⁊ diuerse ⁊c.

Pro declaratiōe diffinitionis que dat̄ de modo itrinseco: est aduer
tendū ꝙ (vt teneo de mente aliquoꝝ Scotistaꝝ) Mo-
dus intrinsecus est p̄mo diuersus ab omni quiditate: ita
ꝙ nō est quiditas neq3 pertinēs ad quiditatē alicui⁹. Qđ
declarat̄: qr dato opposito hui⁹: sequeret̄ ꝙ quicqd cōsti
tueret̄ in aliquo esse per ipm̄ modū cōstitueret̄ in eē for
mali ⁊ quiditatiuo: ⁊ ita quū in eadē albedine indiuidua
li sint plures gradus intrinseci: q sunt modi intrinseci ei⁹:
quot essent gradus: tot essent formalia cōstituta per ipos
gradus. Et quū fm̄ veritatē inter quoscūq3 gradus assi-
gnatos possint esse infiniti gradus (quū gradus sit perfe
ctio quāta ⁊ diuisibilis: qr acqsibilis per motū) Seque-
ret̄ ꝙ inter quoscūq3 duos gradus possent esse ifinita eē
formalia ⁊ quiditatiua: qđ est euidenter falsuȝ. ¶ Et cō-
firmat̄. qr certū est ꝙ albedo vt tria: ⁊ albedo vt. 4. hn̄t
eandē diffinitionē ⁊ sunt eiusdē rōnis formalis. ergo gra
dus ipsi, nō cōstituunt in aliquo esse quiditatiuo diuerso.
¶ Scōo est notandū ꝙ qniditas ⁊ formalitas cui⁹ ē mo
dus intrinsecus nō est de quiditate ipsius modi: neq3 eꝯ.
Primū p3 ex dictis: qr si quiditas esset de rōne formali
⁊ essentia gradus: cuicūq3 adueniret ipse gradus ꝯstitue-
ret in esse quiditatiuo: ⁊ ita nō posset alicui aduenire: vel
discedere ab illo sine deperditiōe eē quiditatiui: ex quo
in suo cōceptu includeret quiditatē: qđ est euidenter fal-
sum. in exemplo de albedine: qr albedo vt tria: ⁊ albedo
vt. 4. nō distinguunt̄ quiditatiue. ¶ Scōȝ p̄bat̄. qr nul
lū posterius est de essentia prioris: sed gradus intrinsec⁹
est posterior quiditate: sicut itensio albedinis ē posterior
albedine. Igitur gradus nō est de essentia rei. ¶ Confir-
mat̄ hoc: qr res diffinitur fm̄ se diffinitione quiditatiua:
vt abstrahit ab omni gradu: sicut albedo abstrahit ab oī
gradu: igit̄ gradus nō est de ꝯceptu formali rei cuius est
gradus ⁊c. ¶ Tertio est notandū ꝙ (qñ diffinit̄ gradus
intrinsecus ꝙ est ille qui aduenies vel discedēs a re: non
variat rationē eius formalē) nō habet intelligi ꝙ nō va-
riat rationē formalem illius cui aduenit. sed cōstituti p̄
ipm̄ gradū: ⁊ per illud cui aduenit: qđ probat̄: quia si intel
ligeret̄ tantū de rōne formali illius cui aduenit: sequere
tur ꝙ gradus intrinsecus ⁊ dr̄ia essentialis nō differrēt:
quia certū est ꝙ differētia eēntialis aduenies generi nō
variat rationē formalē eius: sicut rationalitas nō variat
rationē formalē aialis. Ex quo seqt̄ (quū differētia essen
tialis variat rationē formaleȝ eius: qđ constituit̄ ex ipsa
⁊ ex eo cui aduenit: vt patet inductiue in oībus: ⁊ gradus
non sic variat tale cōstitutuȝ per ipm̄: qr qđlibet tale est
eiusdem ratiōis formalis cum alio qđ cōstituit̄ per ipȝ)
ꝙ differētia essentialis est alia a mō intrinseco. ¶ Quar
to notandū est ꝙ modus intrinsecus p̄ tanto dicitur in-
trinsecus: qr nō igreditur quiditatē eius cui⁹ est modus
⁊ nō distinguit̄ ab ipsa formaliter positiue: sic ꝙ habeat
distinctā formalitatē ab eo. Non tñ conceditur ꝙ sit idē
formaliter sibi. ¶ Pro quo est notandū ꝙ aliqd esse idē
formaliter alicui contingit dupliciter. Uno mō positiue:
alio modo negatiue. Positiue illud est idē formaliter ali
cui qđ est de eēntia eius: ⁊ de itrinseca formalitate ipsius
eo modo: quo aial est de essentia hominis. Alio modo ali
quid est idem formaliter alicui negatiue: qr videlȝ nō ha
bet distinctā formalitateȝ. Unde ad hoc vt aliqd sit idē
formaliter alicui: ista duo que nūc posita sunt cōcurrūt
de se: ⁊ hoc si illud qđ est idem formaliter sit ideȝ cōple-
ta idētitate formali. Exemplū: dicimus. n. ꝙ aial ratiōa-
le est idem formaliter hoi. p̄mo qr est de essentia sui. scōo
qr nō habet distinctā formalitatē ab hoie. Ex quo sequi-
tur ꝙ illud cui cōpetit aliqua istorū conditionū: pōt dici
eē idē formaliter: ⁊ cui deficit pōt dici nō eē idē formalr
p̄fecta identitate formali. Cōsimiliter dicimus aliqua di
stingui formaliter posse esse duobus modis. Uno modo
negatiue. alio modo positiue. Negatiue: qr nō est de eēn-

